

Ahmad ibn
Abdallâh

De 3064





yulocanep
Bona 1889

1. Grapinii Themer bon. adalthe epitr. Theodosioe
di libero arbitrio ad Dr. de aquila Seniper.
spirituum historic. Philolog. historiam litterar-
iam Alcorani tesser.
de Iudeorum et Mahomedanorum Chri-
st. habebet.

De 3064



AHMET
BEN-ABDALA
MOHAMMEDANI
EPIST. THEOLOGICA
DE
LIBERO ARBITRIO

Ad
Dn. de AQVILA scripta,

E MSto Anglico nunc edita, Notisqve ac Animadversionibus Theo-
logicis illustrata passim ac refutata

à

ZACHARIA GRARIO

Rostochiensi SS. Theol. D. Ejusdemqve
in Patriâ Profess. Publ. Ordinar. & ad Ædem Cathedral.
D. Jacob. Verbi Div. Ministro.

Annexæ sunt due Disputationes nunc recusa: altera sub titulo:
**SPICILEGIUM HISTORICO-PHILOLOGICUM HISTORIAM
LITERARIAM ALCORANI ssens: Altera de JUDÆORUM &
MOHAMMEDANORUM CHIBREUT HAKKEBHER
i.e. Percussione sepulchral. vulgo:**

Bon venien Schlägen im Grabe.

**ROSTOCHII & LIPSIAE,
Sumtibus JOHANNIS HENRICI RUSWORMII
Bibliopolæ Rostochiensis, & Güstrovienensis.**

זכריה ל' אלהי לטובך :

PROLOGUS.

B.L.S.

Cum ante annum Ahmet Ben-Abdala Mohammedani Epistolam Theologicam de articulis quibusdam fidei ad Serenissimos Auriacum & Portugallie Principes scriptam ē MSto Anglico, quod gratia ac singulari favori Excellentissimorum DNN. GOETZIORUM de bebam, ediderim, promissem ex eodem MSto quoque epistolam illam ad Dn. de Aquila de Libero arbitrio datam, eandem nunc promissis meis staturus communico, addens brevissimas quasdam stricturas. Quis ille de Aquila fuerit, utrum confessionarius quidam Sacrificulus, an Secretarius, an aliis? haec tenus cognoscere non licuit. Quā occasione autem ad illum epistola hec data fuerit, statim ex initio ejusdem patet. Subiectuntur due Disputationes, meo sub praesidio ante aliquot annos, cum Philosophus abduc essem, publice hāc in Almā ventilata à Clarissimis DNN. RESPONDENTIBUS maximam partem elaboratae, nunc ex desiderio nonnullorum commodā hāc occasione recuse. Quae omnia ut equi bonique consulat benevolus Lector, quam modestissime peto. Quem nunc Divina gratia commendo, eidemque prosperrima quavis animitus appreco.





Ominus de Aqvila & Ego etiam miscuimus sermones bis aut ter de Libero Arbitrio (a) reliquimus tamen qvæstionem indecisam. Nunc vero illi respondebo, & aperiam una, qvid in hâc materiâ sentiamus Mauri. Qvâ de re qvamvis variæ sint sententiae, præcipue tamen sunt tres: (b) Cadarias, Jeberias, & Zunis. Ma-

A 2

xima

(a) LIBERO ARBITRIO) Disputare nunc incipit *Mohammedinus* de sat arduâ illâ materiâ, de *Libero arbitrio*; sed confuse admodum ac *imperio*, tractando, accurate loqvendo, huc non spectantia. Bene enim jam suo tempore monuit accuratissimus Theologus *B. Martin. Cheronis, in loco. loc. de Virib. Human. s. lib. arbitr. part. I. p. m. 441.* sejungendas esse ab hoc loco Disputationes de *Contingentiâ, de præscientiâ, de prædestinatione, de Arcano consilio DEI, gubernantis omnia;* Huncenim esse statu, qvales sint vires humanæ post lapsum in efficiendâ obedientiâ legis, cum in mente sit caligo, in voluntate averio à deo, in corde contumacia adversus legem DEI: Et qvia à lege DEI postulantur non tantum externa civilia facta; sed perpetua, & perfecta totius naturæ humanae obedientia: hinc qværi po-

tissimum hoc in loco: quid & quantum voluntas humana possit facere? de qvibus vero *Mohammedanus* noster tam arduum articulum non intelligens, vel nihil plane agit.

(b) TRES &c.) Tres hic recensentur *Mohammedanorum* sententie. Prima est *Cadarias.* Per qvam vocē procul dubio inteligit *Mohammedanus* sectam illam, qvæ apud suos vocatur *Cadritarum* vel *Cidrorum*, qvos *Mozarabitas* esse asserit *Marrace.* in *Prodrom. Refut. Alcoran. part. 3. c. 24. sect. I. p. m. 46.* Hi enim sic statuunt, hominem esse potentem ad produsendas omnes suas actiones & mereri ex eo, quod operatur premium vel pœnam in futuro seculo, cum auctor sit boni & malii. Et sic prædestinationem (ut loqvuntur) negant, ut DEum ab iniqvitate & prava actione liberent. conf. *Marrace. l. 5. & Hottinger, in Histor. Orient. l. 2.*

6.7.

xima pars (c) Christianorum, & Judæorum videtur accedere ad opinionem Cadarias, qvæ ex seqventibus intelligetur.

lo

6.7.p.m.566. & 570. Secunda sententia est Jeberias. Per qvos procul dubio intelliguntur Gebarita, qvi puriores scilicet vulgo sic dicti Kadraū contrarii, assidentes prædestinationem, docentes bonum & malum à DEO esse, & à se nihil plaze. Scopus autem eorum est, ab impotentiæ labe DEm purgare. Vid. Marrac. l.c. l. et. 2. p. 472. & q. & Hottinger. l.c. p. 572. Tertia deniq; sententia est Zunia. Per qvos nostro judicio intelligit Sonnitas, vel Sunnitæ, Sunnæ seqventes, qvi Mohammedanus habentur pro Orthodoxis. Ex qvibus Algazelus ap. Marracium l.c. c.26. p.m.559. de hâc materiâ ita: Quicquid DEus volunt erit, erit: id verò quod volueris non erit: nec prater voluntatem ejus fit nichil Oculi, nec motus mentis. Ipse est, qui dedit principium rebus, easq; condidit, & eas destrueret. Facit id quod vult, nec est, qui revocat sententiam ejus. Nec removeat decretum ejus, non potest homo effugere, qm si sit inobediens, nisi per concordum auxiliu & misericordia ejus ut q; habet vires ad obedientium illi, nisi per amorem, & voluntatem ejus.

(c) MAXIMA PARS &c.
Ulti confuse admodum de totâ

hâc materiâ disputat Mōhamme danus, ita etiam confuse saltem de sententia Judæorum ac Christianorum de hoc articulo judicat. Distinctius de sententiis hisce seqventia, quantum brevitas admittit, notari poterunt. Et quidem qvod Judæos concernit, eorum sententiam exponit Menasse Ben-Israël in Conciliator. p.107. Liberum arbitrium hominum etiam post lapsum ex eo probat, qvia hominem ad imaginem suam creavit DEus. Sic enim inquit: Unde ipse ad Angelos suos, faciamus, inquit, hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Qvod perinde censio, ac si dixisset: Hactenus talia creavi, qvæ velut agentia naturalia nequeant absistere ab opere cui ex exercendo facultatem accepérunt. Sic ignis ardere, sol illustrare, aqua humectare nunquam definet: Ae hominem, qrem creaturus sum, volo ad imaginem nostri liberum, ac omnium suarum actionum Dominum esse. Exempli loco Ante-Diluvianos, & Sodomitas adducit. & p.108. conversionem & paenitentiam proprias liberi arbitrii viribus. tribuit conf. plura ap. Dn. D. Job. Henr. Majum in Synops. Theol. Jud. loc. 15. S.3. p.237. Fried.



Fried. Spanhem in *Controversi. Elencho p.m. 609. sqq. Lent. de Theol. Modern. Judaic. c. II. p. 368.* Christianos quod attinet, non omnes, qui sub hoc nomine vulgo comprehenduntur, unam eandemque; fovent sententiam. Distinguimus eos in Orthodoxe & Heterodoxe de hoc articulo Sentientes; Horum rursus alii peccant in Excessu, alii indebet. Illi denuò in varias Classes poterunt distinguiri, quemadmodum eos sat accurate recordet B. Qvenstedt in *Syst. part. 2. cap. de lib. arbitri. Qu. 3. in Antith. p. m. 186. sqq.* Tales sunt (1) Pelagi, & Pelagiani, teste Augustino docentes, non opus esse gratia & auxilio Spiritus S. sed hominem suum naturalibus viribus posse omnia mandata Dei facere. Qvamvis saepius lingvam mutaverint; ipsos tamen sententiae sua nervos retinuerunt. Historiam eorum scriperunt Jo. Latus, Ger. Jo. Vossius, Cornel. Jansen. Ipenf. Epist. & recentius Henricus Noris, & Joh. Garnerius. De qvibus vid. Magnif. Dn. D. Itrigii Heptad. *Dissert. 7. n. 1. 2. 3. 4. p.m. 466. sqq.* (2) Semipelagiani, inter quorum primipilos vulgo refertur Jo. Cassianus, qui statuerunt, esse omnino libero arbitrio aliquid relinquendum; gratiam prævenientem ad actus spirituale edendos non esse semper necessariam. Et horum Historia ex jam citatis aucto-

ribus passim constat. (3) Scholastici Pelagium seqventes, & contendentes, hominem ex suis naturalibus viribus posse verum, ac summum bonum cognoscere, ad gratiam se disponere, preparare, applicare, quodvis Mortale peccatum cavere, precepta quoad substantiam actuum servare, & DEum super omnia diligere &c. Ita Scorus, Gabr. Biel. Petrus ab Alaco, Occam, Major, Durandus, aliique (4) Pontificii, imprims Jesuere, liberum arbitrium minime esse extititum docentes, licet viribus suis attenuatur, natura enim homini esse libertatem & potentiam activam ad eligendum bonum supernaturale; sed eam impediri, donec Dei gratia naturam adjuvet, impedimentum removeat, facultatem insitam elicit, &c. Qvibus sese opposuit Jansenius, unde bellum illud Jansenisticum. (5) Sociniani, itidem vires quasdam liberi arbitrii in Spiritualibus agnoscentes. (6) Arminiani, utpote qui etiam ab heresi Pelagianâ non procul absunt. (7) Anabaptisti & statuentes Adamum non fecisse iacturam potentie rationalem ad boni aut mali discretionem, nec potestie voluntatis ad boni aut mali electionem. (8) Enthusiasti & Vergeliani, internu naturae lumen afferentes, in quo bonu spirituale post lapsum etiam residuum sit. (9) Lutherani Synergisti, ovineyesiar aliquam

*S. cooperationem virium humanarum
et gratia in opere conversionis statuen-
tes. Inter qvos eminebat Victorius
Strigelius se prodens in Colloqio
Vinariensi cum Flacio hab. cui ad-
dendus Phil. Melanchthon &c. Con-
tra qvos Formula Concord. artic. 2.
aliiq; puriores Lutherani passim.
(10) Lutherani Novatores, qui et-
iam contendunt liberum arbitrium
a Sp. S. excitatum in actu conversionis
ei cooperari posse, ut Horneius Luter-
mann. Behm, Dreier, aliique. Conf.
Calov. in system. Tom. 10. p. m. 16. lqq.
Et quidem hi sunt in excessu pec-
cantes. In defectu peccantes hi sunt,
qui Stoicam & fatalem quandam
necessitatem defendunt, ut Valen-
tinus, Cerdon. Marcion, Manichei
&c. Quo etiam referuntur pas-
sim Calviniani. Qibus nonnulli
li & annumerant ex Patribus Au-
gustinum, & qui eum secutus sit,
B. nostrum Lutherum. Quem u-
trumque tamen Theologi no-
stri satis jam defenderunt. vid.
de Augustino inter alios B. Hutter.
in Irenic. vero Christian. c. 28. art. 3.
p. m. 87. & artic. 6. 7. 8. p. 98. lqq.
Ubi & de Lutheri sententiâ agit,
de quâ & vid. peculiares tracta-
tus Jac. Martini, Balbus. Haberkor-
nii, & Seb. Schmidii. Conf. & Ma-
gnif. Dr. D. Jo. Fechrii, Patris nostri
in Christo summopore colendi Colle-*

*gium Thetico-Anti-theticum MS. ex quo,
quod ingenue fatemur, prima
Theologiae nostrae fundamenta
didicimus cap. 9. §. 17. & 18. His-
toriam antiquiorum haeresium hu-
jus loci more suo etiam accuratissime
necit B. Martin. Chemini-
us in Locis Theol. part. 1. loc. de virib.
Human. c. 8. p. m. 495. lqq. Sed ve-
ro his hactenus recensitis hetero-
doxe sentientibus sese oponunt
Christiani, orthodoxe articulum
hunc exponentes, puriores scili-
cet Lutherani, qvorum theses or-
thodoxas elegantissimo ordine
jam exhibit B. Königius noster in
Theol. positiv. part. 2. § 2;8. lqq. Ubi
scilicet objecta, circa qvæ homo
post lapsum in statu corruptio-
nis versatur, in duo distingvun-
tur hemisphaeria. Quorum inferius
complectitur (1) res sacras & di-
vinas natura cognoscibles ac a-
gibiles, item actiones paedago-
gicas. (2) res naturales. (3) ci-
viles. (4) œconomicas. (5) arti-
ficiales. Et circa hæc objecta
non renatis liberum aliquod ar-
bitrium conceditur, contra eos
qui in defectu peccant. Qvam-
vis libertas hæc ob varia impedi-
menta valde debilis sit. Alterum
vero hemisphaerium, superius scili-
cet, complectitur res mere spiri-
tuales. Atqve in his plane nul-
lum*



In hâc materiâ de Libero arbitrio multa scripserunt omnes nationes. Materia enim est, in qvâ multa occurrunt, & milcentur de DEI Justitiâ, ejus absolutâ potentîâ & voluntate, qvæ singula nulli possunt tribui nisi soli DEO absolu- te loqvendo. Omnes igitur Maurorum opiniones, ut jam dicatum est, aut sunt Cadarias, Jeberias vel Zunis. Cadarias concedunt homini liberum arbitrium, dicunt enim hominem posse efficere, qvod ei lubet s. bene, s. male, & ipsum hominem esse causam suorum operum. Jeberias assertunt contrarium, hominem ex se nihil posse, esse instar mortui, & pendere omnino à DEI potentîâ. Zunis opinio (qvæ vera est, qvam sequuntur omnes Mauri amici & discipuli Sanctiss. Prophetæ Mahumeti servi & nuncii DEI, cuius gratia & benedictio sit supra eum- Amen) dicunt, hominem habere potentiam & voluntatem ad eligendum bonum vel malum, ut si sedeat possit surgere & si stet, possit sedere ; hominem præterea cognoscere, se habiturum præmium si bene fecerit ; si male, pœnam. Eum vero pendere à DEI potentîâ, & ejus voluntate æternâ ; tandem hominem posse simul cum DEI potentîâ, & velle etiam, si Deus vult, & non aliter, & ut declareremus hanc doctrinam melius, explicabimus potius (DEO volente) qvid sit fundamentum cujusq; opinionis & tandem opinionem Zunis esse veram. (d)

Qvi

lum liberum arbitrium in ho-
mine dari docemus contra eos
qui in excessu peccant. Qvæ
omnia explicata, probata, ac vin-
dicata prolixius vide in *Systema-
tibus Nostratium ferme qvibus-
vis.*

(d) QVI CONCEDUNT &c.
Sunt hæc argumenta qvædam

qvibus & Pelgiani & Pontifici li-
berum arbitrium, & in spirituali-
bus passim probare conantur.
Qvæ vero ad modum miserrime
cœcus noster ab omnibus re-
futat, dum nimurum (a) plane
non distincte ad singula respon-
det (b) ἀλόγα & huc non spe-
ctantia affert (c) multa absurdæ
cum.

cumulat, qvorum qvædam saltem annotasse sufficiat. Sic enim (1) fingit pugnam qvædam inter *Justitiam, sapientiam, & potentiam*, cum argumenta *Pelagiana ac Pontificia* absurdè cum *Justitia DEI* convenire afferit, non item cum ipsius sapientiâ & potentiâ. (2) DEum & malos creasse afferit, cum tamen omnia qvæ creaverit, fuerint valde bona *Gen. I, 31.* & recta *Cobel. VII, 30.* (3) *Absolutū Electionis ac reprobationis decretum* cum *Calvinianis* afferit, cumq; iisdem ex *Prov. XVI, 4.* & *Rom. IX, 20. sq.* extorqvet (4) Cum iisdem *predestinatione* illā divinam in omnibus rebus defendit. Qvæ omnia in *Systematibus omnibus* ad nauseam usque jam sunt refutata. Prolixius ergo in refutandis iisdem non morabitur, (5) Falsum etiam est, cum miser homo fuerit *creatus à voluntate Dei & potentia, nihil aliud ipsi posse tribui*, qvam sensum cognoscendi & sentienti, an bene vel male faciat, que unica causa gloriae vel pene: Homo namq; non miser, sed longe *Felicissimus* fuit conditus. Qvo niam alias DEus foret causa peccati, & sic ejusdem bonitas & sanctitas periclitaretur. Hæc vero felicitas primi hominis, quem ad imaginem DEI creatum nos Christiani credimus, non nu-

dum saltem cognoscendi & sentiendi sensum infert; sed omnino etiam facultatem ipsum bonum agendi & malum fugiendi, utpote sine qvâ nulla vera felicitas esse potuit. Quo & accedit libertas illa arbitrii, in qva creatus primus homo. Qvatenus enim hæc notat *sciar ipsam, internum liberumque agendi principium, seu voluntatem, qvæ indifferens & libera, tum omnino necessarium erat, ut homo sic conderetur, qvia non potest esse voluntas humana, nisi libera sit.* Hiac *Basilius M. in serm. quod DEus non est auctor malorum Torr. I. Opp. p.m. 432.* ita: *Quod vero in nobis situm est, voluntarium & spontaneum est.* Qui ergo factorem reprobendit, quod non tales nos naturâ fecit, qui peccare nequeamus, nihil aliud opinari videtur, quam naturam ratione carentem ea querationis est particeps esse potiorem: & illa qvæ non moventur, nec mente ducuntur iis, qvæ eligunt, judicant, conferunt, omnino præstare. Ita etiam *Didymus Alex. I. contr. Manich. Animalis rationis particeps fecit DEus, quod volebat, ut voluntate suâ bonum esset, libera alioqui potestate præditum, qvâ posset in utramque partem flecti.* Volebat enim, ut homo esset bonus eligendo sponte bonum. Qvod si autem exciperet *Mohammedanus*, dicens, miseriam hominis hanc fuisse,

fuisse, qvod non ita creatus, ut peccare plane non posset, uti angelii in vero confirmati. Tum respond. nulla hic miseria, sufficit qvod homo concreatas vires habuerit bonum eligendi & malum reprobandi. Qvod vero, quantum liberum arbitrium ratione iregione & facultatis voluntatis superaddite spectatum concernit, non ita DEUS hominem creaverit, ut iminutabiliter ad bonum ferretur, summa ejus rei causa est DEI voluntas, qvia placuit. Et utut maximè nullas voluntatis DEI rationes dare possemus, libertati & sapientiae ejus ac quietendum omnino esset. Solent tamen etiam rationes non nullæ dari, nempe [a) DEI gloria, qvæ etiam in hâc libertate effulgebat, & per eandem propaganda erat, inter alia eo qvoq; nomine, qvo constaret, spontaneum hominis obsequium. (b) Hominis premium, qvia volebat DEUS homini bracea conferre, libere obsequenti. Addunt aiii cum Scholasticis etiam rationem ab universi perfectione, & compleimento. Cum enim sit aliquid qvod agit, & non agitur, ut Deus, aliquid qvod agitur; & non agit, ut natura rationis expers, æquum erat, ut etiam extaret a liqvod, qvod ageretur, & ageret,

nimirum homo, qvi agit ex libertate, & simul à DEO ad bonum eligendum incitatur. Frustra autem Calviniani causam hanc solent reddere, ut DEUS haberet occasionem manifestandæ in lapsu hominis suæ tum iustitiae, tum misericordiæ. Qvæ tamen manifestatio consequens fuit lapsus, non antecedens causa DEUM movens ita creandi hominem, ut labi posset. Et viribus instruxerat DEUS hominem, ut posset non labi. conf. B. Calov. in System. Tom. 4. p. 707. lq. Sic & (6) fallum est, non posse velle hominem nisi cum beneplacito & consensu operantis, qvi est DEUS. Cum homo multa velit, qvæ DEO non placeant. Imò hâc ratione homines necessario peccabunt, neque poterunt peccatum evitare. & Deus vere poterit dici causa peccati. Hoc autem est illud, qvod Sonni-damnat in Kadriū & aliis Seclariis in sua religione. Et præterea confundit Mohammedanus Permissionem DEI cum voluntate & concursu. Multa DEUS permettit, qvæ non vult, ad qvæ etiam formaliter spectata non concurrit, v.g. mala. Nec impedit, qvia non tenetur. Et qvæ sunt absurdia alia his si milia.

B

Qvi

Qui concedunt (d) liberum arbitrium homini allegant primum, DEum esse justum, & non posse castigare vel afficere suppicio peccatorem juste nisi esset liberum arbitrium. (2) DEum misisse Prophetas in mundum cum præceptis. Si vero nulla esset potestas homini ad faciendum id quod illi præcipitur, & relinqvendum quod ei prohibebatur, Prophetas esse superfluos, & nullius utilitatis. (3) Neque in die judicii punirentur mali, neque præmiis afficerentur boni, nisi eis esset libertas: DEus in legibus mundo datis sancivit, malos & homicidas suppicio affici debere; ex quibus patet hominem habere propriam potestatem, & liberum arbitrium. Quibus Resp. Verum esse hoc, & convenire cum DEI iustitiâ, non tamen cum attributis sapientiæ & potentiaæ absolutis DEI omnipotentis. Sapientia enim DEI comprehendit, quicquid fuit, & futurum est ab ipsa æternitate, (qua est sine ullo principio ad finem usque mundi & post) & ita novit ab æterno omnia opera creaturarum bona & mala, quæ fuerunt creatæ cum potentia DEI, & ejus libera, & indeterminata voluntate, sicut ipsi visum fuit. Denique novit eum, qui futurus erat malus, & tamen creavit eum. Et similiter bonum, quem etiam creavit. Neque negari potest, quin si ipsi libuisse, potuisse omnes creare bonos, placuit tamen DEO creare bonos & malos, cum DEO soli sit libera & absolute voluntas, & perfecta electio est, non homini. Ita enim S. Salomon in suis Proverb. dixit, vitam & mortem, bonum & malum, paupertatem, & divitias esse & venire a DEO, Christiani etiam dicunt, S. Paulum dixisse in suis Epistolis: Dicet forsitan lutum figulo, quare facis unum vas ad honorem, alterum ad contumeliam? Cum igitur miser homo fuerit creatus a voluntate DEI & potentia, nihil aliud potest tribui illi ipsi, quam sensus cognoscendi, & sentiendi, an bene & male faciat, quæ unica causa (i. e. talis sensus cognoscendi)



Icendi) erit ejus gloriæ vel pœnæ causa ; per talēm enim sensum novit, qvid boni aut mali adversus DEI præcepta fecerit. Visne hoc clarius ? Dicas ægroto , & debili viro, ut sit robustus, æthiopi, ut fiat albus, deformi, ut fiat pulcher, servo, ut Dominus, subdito, ut superior, feminæ ut vir, stulto ut sapiens &c. Hi omnes defectus reperiuntur in hominibus ; qui vero subjecti sunt creatori, quem ideo continuo oramus, adsit nobis suâ gratia, quia sumus per ipsum, in ipso, &c cum ipso. Notandum hic est potentiam esse unicam & solam (potentiam æternam dico) cum in æternitate non fuerit nisi unica potentia perfecta, quæ est potentia DEI, qui solus est, qui semper operatur ; Et potentiam hominis esse limitatam à suâ causâ, i. e. à potentia DEI æternâ ; quæ semper movetur cum ipso, & non per se ipsum, cum potentia DEI nunquam quiescat, sed sit in continua operatione, quia aliter esset quid creatum. Itaque homo potest simul cum DEO operari, & velle cum voluntate divinâ, à quo pendet, sed non aliter, quod clarius hinc apparebit. Nam ad opus quodlibet efficiendum reqviruntur tria : potentia, sapientia, & voluntas ; Non potest velle homo, nisi cum beneplacito, & consensu operantis, qui est Deus, nec ab aliquo alio est hic consensus, sine quo homo non movetur. Hunc etiam consensum esse à DEO est omnium necessarium, nam si esset hominis, cum homine ipso dependet, & est finitus : Primi hominis consensus dependeret à secundo homine, & secundi à tertio, & sic esset procedere in infinitum, & tandem veniendum esset ad unum infinitum independentem, qui est solus Deus. Neque valebit dicere, opus esse consensu dæmonis ad malum : Dæmon enim ipse est quid limitatum, & creatum, & sic ab eo non potest esse ille infinitus consensus, ut neque ab homine, cum uterque sit creatura. Cum ergo iste consensus quo homo movetur ad operandum

sit necessario à DEO & non ab alio, evidens est, hominem semper velle cum voluntate DEI non propriâ, cum voluntas hominis pendeat à DEI voluntate, & cum iis, qvæ jam diximus opinio Cadercias manet latis refutata. 2. Opinio Jeberias (e) asserit hominem ex se nihil posse, & esse instar mortui; DEum per hominem operari sive bene, sive male, nihil in homine esse proprium. Hæc etiam sententia refutatur eodem fundamento ac rationibus supra allegatis, i. e. hominem ex se & naturâ suâ habere cognitionem & sensum, quo cognoscit, & sentit, se posse surgere, & iterum sedere cum potentia DEI, & non esse instar mortui. Lex Maurorum omnino reprobat hanc sententiam, & nullo modo admittit obdiverſas caulas. Prima, DEus misit hominibus suos Prophetas una cum legibus quibus præcipiebat & prohibebat, quid iis esset faciendum, vel non, promittens præmium bonis, & poenam malis & si homini nulla erat ex se potestas, non erat, cur DEus ei mitteret leges vel promitteret poenam vel præmium. Hic debet notari qvædam inveniri in homine, qvæ non pendent ab arbitrio, & potestate ejus, quorum causa non est dignus aliqua pena, ut sunt adversa omnia, qvæ ei eveniunt, & qvæ ex propriâ creatione sive ortu eveniunt, ut esse parvæ vel magnæ statu-

ræ,

(e) JEBERIAS &c.) Hic no libertatem homini adimit, nunc refutare conatur Mohamedanus alteram illam sententiam de libero arbitrio adductam, sed more suo rursus confusissime, plausu controversie plane nullo formato. Qvod si sermo est de dogmate Stoico, & fatali quadam verum omnium necessitate, qvæ & in hemisphærio inferiori omnē omni-

tum omnino rectissime quidem dogma hocce refutaretur. Qvod si vero sermo sit de hemisphærio superiori, rerum scilicet mere spiritalium, frustra negatur, hominem esse instar mortui. Condogmate Stoico, & fatali quadam trarium orthodoxiores Christiani satis superque demonstrarunt.

(f) BONIS



ræ, esse ex bonis vel malis parentibus, (†) & similia: Qvædam vero esse è lege & præcepto DEI, qvorum causa afficitur homo pœnâ vel præmio (hoc est qvantum ad legem, nam qvantum ad reliqua homo potest efficere qvod ei lubet) & ob hanc causam DEus dedit legem, & misit Prophetas, qvos seqveretur, qvando igitur homo dormit, edit, moveatur, orat, & similia facit, s. bona sive mala, non dicimus Deum hæc facere, sed hominem, cum homini potius hæc tribuantur, non DEO, qvarvis DEus concurrat, & ita homo est qui dignus est pœnâ s. præmio, & ita manet soluta & refutata opinio Jeberias,

3. Opinio est Zunis (quæ vera est) (g) affirmat, ho-

B 3 mini

(f) BONIS VEL MALIS PARENTIBUS &c.) Bene hæc qvidem sese habent, cum de peccato actuali sermo est, verum Mohammedani hæc quoque trahunt ad originale, docentes nullam in homine esse culpam, quia à peccato infectis parentibus natus est, dum nimurum peccatum originale abolent. Qvamvis Hottinger. in Histor. Orient. l. i. c. 3. p. m. 140. hic excipiat Alcoranum, in quo qvædam occurunt loca, qvæ de corruptione generis humani clare satis agunt.

sentire; sensus tamen ubivis non est Orthodoxus. Sic enim (i) qvamvis qvidē verum, homini in hemisphario nimurum inferiori esse potentiam, & limitatam qvidem, non tamen, ut ex subseqventibus patet, aliter ea intelligit, qvam de absoluto DEI decreto, ejusque predeterminatione: Qvam etiam sententiam esse Sonnitarum jam supra asserimus. Qvæ & eo magis confirmat auctor ille Mohammedanus libri istius : كَلْب الْمُرْسَلَاتِ quem ex Bibliotheca Paracartiana

(g) QUÆ VERA EST &c.) Denique adducit *Mohammedanus* sententiam suam, qvam orthodoxam & veram esse putat. Ubi quidem in nonnullis & cum orthodoxis Christianis videtur

que omnia gubernat DEUS Dominus noster, in cuius manu dispositiones sunt rerum, earumq; processus, & origines à decreto ejus dependent. Omnia novit, priusquam eveniant, eademq; omnia stant ex ordinatione ejus. Nihil à cultoribus ejus datur effectum, sive verbum sit, sive opus, quod non jam decreverit, suāq; præsentiali an-
tevererit. &c. Quid & ipse Al-
coranus docet, DEum hāc ra-
tione, ut necessario sequitur,
causam peccati faciens. Sic enim
Surat. 14, v. 4. p. m. 226. ita:
فَمَنْ يَعْلَمُ بِهِ شَاءْ وَمَا يَرَى فَمَنْ يَعْلَمُ
i. e. vertente Jo. Georg. Ni-
selio: Deus errare facit, quem vuln.
& dirigit quem vult. &c. Secun-
dum hoc dogma etiam vivunt.
Sic enim cum Muazzuddaula, Ha-
tebi Domino, qui vixit Sec. XI.
post C.N. epistomium gutturnii
famuli incuria in dentes fuisse
impactum, ita ut unus ex iis in
pollubrum decideret, non mol-
lestè hoc tulit Muazzuddaula, ne-
que famulum hoc nomine ob-
jurgavit, aut punivit, dicens:
Decreto DEI hoc contigit, ejusquā
prōsidentia. Vid. Hottinger in Hi-
stor. Eccles. T. 1. p. m. 394. & Tom. 2.
p. m. 458. (2) Sic & vera sunt, qvā
de potentia DEI afferit, quod nimi-
rum ea se se non extendat etiam
ad contradictionem, item qvā de
sapientiā & præscientiā DEI habet,
Qvā convenient cum Christia-

norum distinctione inter scien-
tiam visionis, & simplicis intelligen-
cie, seu intuitivam & abstractivam.
Cui & alii tertiam, medium scili-
cket, eam orthodoxe explicando,
addunt. Sed hic notandum (a)
hæc ita docere Mohammeda-
nos, ut ab essentia divina realiter
hæc omnia distinguant. Sic e-
nim & ex Sonnitis Algazelus ap.
Marrac. in Prodrom. part. 3. c. 26. p. m.
563. docet, DEum esse viventem,
cientem, potentem, volentem, au-
dientem loquentem, vitā, potentia
scientia, voluntate, auditu visu ser-
nōne, non nudā, simpliciique essentiā
(b) contradictione nimis late Mo-
hammedani extendunt, ac ad
impossibilita referunt & omnia ea
qvā superrationem sunt, e. g. præ-
sentia corporis & sanguinis
Christi in S. Coenā, aliaqve my-
steria (c) Scientiam DEI ita cre-
dunt, ut presentiam ejusdem ubi-
que per essentiam negent, & per so-
lam scientiam eum tantum ubique
esse doceant. Sic enim Sonni-
ta vidam auctor capitiū, qvā con-
sideri debent lingue & credere corda
circa necessaria ad religionem ap.
Marrac. l.c. p. 582. sq. ita: Et ipse
st super thronum suum gloriosum cum
essentiā suā, & est in omni loco per
scientiam suam. Qvā autem omnia
satis superq; jam ab Orthodoxis
Christianis nostris sunt discussa
& refutata. (h) IN-

mini potentiam esse sed limitatam à suâ causâ, i. e. dependentem à DEI potentiâ & voluntate, & propter illam cognitionem s. sensum, qvo deliberat bene vel male facere, esse dignum pœnâ, vel præmio.

Manifestum est in æternitate non fuisse aliam potentiam præter DEI nostri omnipotentis, è cuius potentia pendebant omnia possibilia i. e. qvæ poterant esse, cum ab eo fuerint creata; sapientia vero DEI novit etiam, qvæ non erant futura, & potentia ejus etsi non creaverit ea, potuit tamen, si ita DEO placuisset: Jam novit sapientia DEI qvæ erant impossibilia, i. e. qvæ non poterant esse (qvæ tamen nullo pacto pendent ab ejus potentia, à Dei enim potentia non pendent nisi possibilia) Itaque qvamvis à Dei potentia non pendeat, qvidquid impossibile est, ab ejus tamen potentia non potest nisi qvod possibile est, esse; Dicimus enim à potentia Dei non pendere creare aliud Deum sibi similem, nec creasse aliquod, qvod eodem tempore moveatur, & quiescat. Cum hæc sunt ex impossibilibus, comprehendit tamen sua sapientia tale aliqvid non pendere ab ejus potentia.

Sapientia Dei comprehendit omnia quadrupliciter (1) Novit Deus qvicquid est, & futurum est eo ipso modo qvod est, & futurum est. (2) Novit illud qvod non futurum est, qvomodo sit sine ullo esse. (3) Novit qvomodo omnia essent, anteqvam haberent esse. (4) Novit si jam esset illud qvod non est, s. qvod non futurum est, qvomodo haberet esse. A potentia igitur DEI pendet solum, qvod potest esse, & possibile est esse, qvæ semper parata est dare esse possibilibus. Et si hæc penitus cognoscamus, cognoscemus pariter omne, qvod sive futurum est sive sint opera nostra, sive qvidvis aliud, pendere à sola potentia DEI. Et hoc non privatim intelligitur, sed in genere de omni eo, qvod est, & movetur, s. in celis s. in terris. Et nec ab aliqua potentia potest

potest impedi potētia Dei, cum nulla alia potētia aboluta sit præter DEI; Potētia vero nostra est à te, nisi à DEI potētiā, & cum potētia nostra sit à cauſā suā & limitata, ideo dicimus esse instar straminis (h) in mari, comparata cum potētia Dei, eo enim modo, quo stramen movetur à motu mari: Ita nostra potētia & voluntas à Dei potētia. Itaque semper potētia Dei est potētia etiam ad occidendum aliquem, ut si homo hominem occidat, non dici-mus potētiā hominis id factum, sed æternā DEI potētiā. Error enim esset tribuere hoc potētiāe hominis, potētia enim DEI cum semper sit parata & ante ipsum hominem ad occidendum. Si sola potētiā hominis hoc fieri diceremus, & moreretur, potētia DEI sane (quæ ante erat) jam ibi esset fruſtra, quia post mortem non posset iterum potētia Dei eum occidere. Ex quo seqveretur, potētiam Dei im-pedi à potētia hominis, & potētiam hominis anteire & antecellere potētiam Dei, quod est absurdum & impossibile. Igitur Deus est, qui operatur æterna suā potētiā. Si vero ho-mini injiciatur culpa, sive in tali homicidio, sive in aliis rebus, hoc est, quantum ad præcepta & legem homini tribuitur,

solum

(h) INSTAR STRAMINIS &c.) Similia hæcce Mohamme-dani adducta nihil aliud indi-cant, quæ omnium, que sunt, cau-sum fiendi esse voluntatem & Decretum DEI. Quod ipsum vero dogma omnem voluntatis creatæ, sive Angelicæ, sive humanæ liberta-tem omnemque rerum contin-gentiam tollit. Quod tamen & scripture S. & ipsi sane ratione est contrarium. Imo & seqveretur, creaturem intellectualē non agere quicquā posse melius quā agit, nec plus boni facere, quam facit, aut plus mali omittere, quam omittit, posse. Quid? quod denuo apertissimè hâc ratione Deus causa peccati reddatur. Præterea & clarissime nunc Mohammedanus contradicit iis, quibus supra Jeberiam refutare conatus fuit. Et quæ sunt alia, quæ nunc tacemus.

(i) PUN.

Iolum opus externe, & ejus electio qvæ est à potentia & voluntate ejus, non vero interne; qvod manifestum fiet unicā similitudine. Si qvis homo esset ad ripam maris, & à tabulâ supernatanti (mota impetu maris) occideretur, dice-remus hominem occisum à tabulâ externe, interne tamen & primo à mari & ejus motu vel impetu. Rursus si rem penitus consideremus, videbimus, mare motum fuisse à ventis, & ventos ab influentiâ stellarum, & tandem stellas à voluntate & potentia DEI Architecti hujus machinæ. Itaq; omnia redeunt ad DEUM omnipotentem, & ita potentia homini-nis limitata à suâ causâ, i.e. à potentia DEI exterius operatur, sed interius dicitur & trahitur à potentia & voluntate DEI.

Hoc est illud punctum (i) indivisibile, & ita lecre-tum

(i) PUNCTUM &c.) Hic consentire se dicat. Et ea se quoq; senti-fatetur Mohammedanus, quam ardua omnino hæc sit de libero arbitrio materia. Idque omnino verissimum. Qvod & jam suo tempore agnovit ex Patribus D. Augustinus contra Pelagianos disputans, quando inter alia l. 1. de Gratia Christi contra Pelagium & Celsium c. 47. Tom. 7. Opp. p. m. 787. ita: *Ista quæstio ubi de arbitrio volunta-ti, & DEI gratia disputatur ita est ad discernendum difficultas, ut quando defenditur liberum arbitrium negari DEI gratia videatur, quando autem asseritar DEI Gratia, liberum arbitrium putetur auferri.* Et hoc in usum suum rapuisse Pelagium mox subsequentibus testatur verbis: *Potest Pelagius ut latebris obscuritatis involvere, ut etiam ius, quæ à Sancto Ambroso conscripta posuimus*

*consentire se dicat. Et ea se quoq; senti-re proclamat semper, sensisse, atque ita singula conetur exponere, ut etiam e-ius sententia convenire credantur. Et Hinc & B. Leonhart. Hutter. in Loci Commun. Theol. loc. 7. in prolegom. p. m. 264. ita infit: Si in ullo alto Religionis Christianæ articulo periculoso fese offerunt scopuli, qui regiam & quasi militarem investigandæ veri-tatis viam intercludere videntur, certe circa presentem id usu nobis venire de-prehendimus. Idem & confitetur B. Egid. Hannius, quando in dedicat. libri de libero arbitrio statim in initio ita loquitur: *Vix est in omni Theologia Christiana locus, qui dis-sentientium opinionum tantæ varie-tye in tot sellas divisus, tamque varie in omnes ferme partes arg. formas dispu-tatus sit, arg. est hic, cui titulum vulgo faciunt de arbitrii humani libertate,**



tum, qvod à paucissimis capitur, ut sapientissimus Cidi abo Meahmed Elgazeli affirmat (cujus spiritu concedat DEUS gloriam suam Amen) seqventibus verbis: ita abditum profundum & abstrusum est, intelligere punctum illud liberi arbitrii, utqve neqve characteres ad scribendum, neqve ullæ rationes ad exprimendum sufficient; & omnes (qvitqvit hâc de re locuti sunt) hæcerunt suse in ripâ tanti, & tam spatioſi maris; sed ut saltem vestigium aliquod appareat tantæ rei, utamur hâc unicâ similitudine: (k) Acervus qvidam cœcorum optavit semel scire, qvantus, & qvalis Elephas eset, & ut certiores fierent, miserunt tres cœcos eò, ut tangerent, & palparent Elephantem (neqve aliter poterant judicare, nisi tactu cum essent naturâ

ſeu libero arbitrio &c. Quid ergo mirum, qvod cœco nostro Mohammedano verâ illâ pedum nostrorum lucernâ deſtituto locus hicce adeo difficultis fuerit, ut revera de eodem non aliter judicaverit, qvam cœcus ille de elephante, ut in adducto simili habetur.

(k) SIMILITUDINE &c.) Ju- dæi coſuniter in uſu habent, ut rem non adeo ſtatim perceptu facilem ſimilibus & parabolis fa- bulisqve paſſim ſuis ſoleant illu- ſtrare. Sice g. qvando Talmudistæ volunt probare, animam & cor- pus ſimul puniri, tum in Tr. San- hedrin ſeqventia fingunt: Rex quidam caro & ſangvis habebat para- diſum amoenissimum, & in eo primitias preſtantissimas. Is colloquabat illuc duos custodes, unum claudum, alterum

Cæcum. Alloquebatur aucem Claudus cæcum, primitias elegantes video in horto, veni & uecta me, auferemus eas ut comedamus. Equitavit ergo claudus ſuper dorsum cæci, & abſulerunt eas, & devorarunt. Post dies venieſt Poffessor Paradisi, qvarens ex iis, pri- mitias ſuaves, quorū ſum ſunt (detata?) Respondit ei Claudus: num quid mihi ſunt pedes ut ambulem illuc? Respondit quoque Cæcus, num quid mihi ſunt oculi ad cerenandum? Quid egit? Im- posuit Claudum tergo Cæci, & judica- vit ambos qvafī unum. Idem arti- ficium & Judæis didicerunt Mo- hammedani, variis paſſim fabu- lis in mysteriis ſuis tradendis u- tentes. Et ſic quoque hoc loco Mohammedanus difficultatem controverſiæ de Libero arbitrio ridicule ſatis illuſtrare voluit.

(l) ABSO-



turâ cœci) cum ergo venirent ad elephantem , qvisqve eorum injecit manus elephanti ; Unus tetigit , & palpavit aures , & ex tactu videbantur ei elephantis crassitiem esse instar duorum digitorum , longitudinem vero & totam ejus magnitudinem instar dimidii scuti , & præsertim aliquid esse molle & suave : Secundus tetigit , & palpavit dentes ejus molares , & videbantur ei elephantem crassum instar brachii & longum ; sed lævem , & glabrâ cute , & rotundum , & è diverso alterius durum . Tertius palpavit pedes , & manus Elephantis , & videbatur ei esse crassum instar postis , & asperum & rotundum . Cum ergo redirent ad suos , qui palpavit aures , dixit elephantem esse aliquid crassum instar duorum digitorum , & suave & molle , & magnitudinem totam esse instar dimidii scuti . Alius dixit non ita rem se habere , esse potius lævem & glabrâ cute , durum rotundum & longitudine unius brachii : Alius qui palpavit & tetigit pedes , contradicens utriqve dicebat , elephantem esse crassum instar postis rotundum & asperum . Qui igitur erant prædicti oculis & visu , facile comprehendebant , & cognoscabant , elephantem & partes ejus , simul etiam videbant , cœcos ex parte dicere verū , & tamen omnes simul non potuisse comprehendere totum elephantem , sed partes ejus solas . Ita habet in libero arbitrio hominis , ut nisi cui Deus concederet gratiam & aperuerit oculos mentis , difficilime aliter possit comprehendere , & cognoscere , qualis & quantus sit ille Elephas arbitrii . Solum potest scire id , quod à Prophetis , & sanctis Dei nobis nunciatum est , & à lege DEI ab eis observata , & nobis ita injunctionta , ut qui eam servaverit , sit facturus salvus , & qui contra damnatur ; hoc est quod ad legem & justitiam ejus attinet , nam quod ad potentiam & voluntatem attinet , ipse potest efficere , quod lubet de creaturis suis . Quod etiam omnino quadrat cum intellectu . Intellectus enim fere lumine naturali novit Deum esse rectum judicem & justum qui non aliter crea-

turam suam afficiet suppicio, qvam iuste. Etiam DEum esse
absolutum Dominum (1) & hanc Orbis machinam esse e-
jus, & ab eo creatam. DEum nulli debere reddere ratio-
nem, cum qvicqvid agit, agat in re propriâ fibi, & ita abso-
lute poterit afficere præmio s. pœnâ, qvem vult, cum omnis
creatura sit ejus; nec faciet alicui injuriam, etiam si pœnis
& tormentis æternis eum afficiat, plus enim boni & commo-
di accepit creature, qvando accepit esse a suo creatore, qvam
incommodi & damni, qvando ab eodem damnatus & affe-
ctus est tormentis & pœnis. Hoc ita intelligitur, si DEus ab-
solute id faceret; qvando autem DEus pietate & misericor-
diâ motus eligit aliquos, ut ipsi inserviant, donans eos gratiâ
tuâ, hoc facit ex infinitâ bonitate. Et qvando alios derelinquit
& pœnis & tormentis afficit ex justitiâ, & rectitudine. Et tan-
dem dicimus omnes pœnas esse justas, qvæ à Deo veniunt,
& nostrâ tamen culpâ, & omnia bona esse à pietate & mile-
ricordiâ ejus infinita, cui laus & gloria & nomen ejus lan-
gutum exaltatum. Amen. Qui felicitatem vitam & omne
bonum Tibi cupit Ahmet Benaudala.

*Littera arabica erat præterea hic in fine
subscriptum nomen ejus.*

(1) ABSOLUTUM DOMINUM &c.)
Hæc quidem suo modo bene fese habent,
Sed cum Mohammedanus nihil habeat de
Christo, ejusq; interveniente merito. Hinc
varia passim absurdâ facile ex disuersu hocce
deducij possent? Quemadmodum & denus
absolutum Prædestinationis decretum hic
latet Calvinismo patrocinans.

Atqve hæc sunt, qvæ brevitati studentes
notare brevissimis voluimus. Plura qvæ de
ardua hæc materia desiderat, consilere ille
poterit varia illa Nostrarium scripta de ar-
gumento hocce prostanria. Ceterum ex hoc
scripto apparet, verissimum esse, qvod Hot-
singer in H. E. Tom. I. p.m. 395. de Moham-
medanis judicas in doctrinâ de libero ar-

bbitio eos esse valde inconfitantes. Modo
enim hominem absolutum imperii sui fa-
ciunt dominum, modo docent, sine direc-
tione gratiaq; specialis Numina nihil esse
in homine. Nos interim DEO nostro de-
centissimas ac devotissimas persolvimus
grates pro suâ nobis præstâ gratiâ. Sit
ipius Nomini Ter Sancto Laus Honor &

Gloria in SECULORUM SECULA.

AMEN.

DISPU-



DISPUTATIO PRIOR.

SEU
SPICILEGIUM HISTORICO-PHILOLOGICUM,
HISTORIAM LITERARIAM ALCORANI sistens

I. M. R. M.



Vanta sit Historia Literariz utilitas, qvanta necessitas norunt o-
maes, qvotqvo literas elegantiores amant. Evidem olim in
Ignorantiae Seculis Historia Literaria non adeo optimae erat no-
tae; Sic enim teste Joan. Sarab. Metalogic, lib. I. c. 3. Poeta &
Historiographi habebantur infames & si quis incumbebat labori-
bus antiquorum notabatur, & non modo Ascello Arcadia tardior,
sed obtusior plumbo omnibus erat invisus. Hodie vero studiis re-
florescentibus majores Historiam Literariam circumstant laudes,
exqz non immeritae ob insignem plane, qvem Orbi literario com-
municat usum, ob quem meritqz quotidie magis magisqz excolenda esset. vid. B. Morhof,
in Polybist. Lib. I. c. 2. Tollasenim Historiam Literariam, et si nulla forent damna alia,
id danni sat esset, qvod confusione certe non exigua studia eleganter exponantur.
Vestigia hic ubivis sunt obvia, ex infinitis aliis sufficiant illa, qvando ipsi Librorum
Tituli, seu Autores aut alii Homines honorantur. (cujus rei exempla qui desiderat, pluri-
ma apud Job. Möllerum in Homonymoscopia invenietur.) Sic enim qvidam apud Hottinge-
rum in Thes. Philol. p. 934. & J. A. Schererum in Progrannimatis p. 246. Cabbalam,
hominem suis credunt, perfidum & diabolicum, imo Vetulam veneficiis deditam.
Alii librum illum, R. Moysis Maimonidis קורן נבון Doctor perplexorum,
Autorem vocant Arabicum, conf. & diss. M. Jac. Thomasi, de Nigello Wireckero §. 18.
ubi similis confusione exemplum potest ostendendi. Nonnulli, ut Möllerus l. c. p. II. ob-
seruat, Edilam (Librum Islandicum, Mythologiam Gentium Borealium complexum,
& à Snorrone Sturlesonio Islandiae Nomophylace A. C. 1215. congestum, de quo pluri-
bus agit Möllerus in non eruditissimum ad Th. Bartholini Librum de Scriptoribus Dani-
ciis p. 404. sqq. Feminam, famam scriptis consecutam; aut conditorem Historiae Da-
nicae suis putantur. Et qvemnam fugit fictus ille Autor & Scriptor Articulus Al-
fmacaldius, de Postestate & Primaria Papa, è Germanis Lutheranus, qvem Lud. Jac. a S.
Carolo Carmelita Callus, & Regis sei Eleemosynarius, satis alias in Historia Literaria
verlusus Parte, Secundâ Bibliotheca Pontificia p. 455. 459. acceptis Articulis nostris
Smalcaldieis, exegitavit? (de cuius erroribus etiam agit, in diss. quâdam de qvibus-
dam ex Hist. Lit. desumptis c. III. p. 19. B. D. Joh. Gottlieb Möllerus.) Idem deniqz ut
alia hac vice taceam Theologo Pontificio Coloniensi, nominatim Michaeli ab Iselt,
circa præsentem librum de quo scribere animus fert Alcoranum seil, accidisse refert na-
rras D. Dorschau in Vindictis ad Exodum p. II. diss. IX. p. 179. Sic enim ille iffelt in
prof. ad Ludov. Granatenis duem Peccatorum, Coranum vocat Mahumetanorum in-
signem Legislatorem; Coranus, ingvit, ille insignis Mahumetanorum Legislator bea-
titudinem

situdinem in cibo & potu & uxorum multitudine constare affirmat. Haud inutile ergo fore judicabam, si de hoc Libro ejusq; Historia Literaria, svasu Pl. Reverendi ac Excellentiss. Domini Praesidis, Praeceptoris mei Venerandi, speciminis Academicis & tentamini loco, quædam, & quidem per modum Specielegii, meditarer, ex monumentis quæ mihi hæc vice ad manus fuerunt. Sicubi lapsus fuero, ut enim in tenebris, sic quoque in proclivi petrâ, qualis Historia Literaria est, in media luce lapsus non est inevitabilis, condonabit B. L. DEUS vero T. O. M. ut meditatio hæc succedat faxit Feliciter.

S. I.



Cturus igitur nobis de Alcorano, ante omnia
juxta receptam in Scholis methodum prius
qvædam de ipso hoc nomine prælibare incum-
bit, qvam ad rem ipsam progressus instituatur.
Ulti autem aliæ in nomine declarando hæc tria
observant Philosophi; (1.) Ejus Etymologiam,
sive nomen deducunt ex origine. (2.) Homo-
nymiam sive vocem distingvunt. (3.) Synonymiam, sive de-
clarant ex aliis idem significantibus, ita & hoc loco, eadem bre-
viter observanda esse ducimus. Qvod igitur spectat *Etymologiam*,
& hic iterum tria sese offerunt; Primo nempe vocis hujus Origo,
deinde ejus derivatio, denique derivationis hujus ratio. Circa ori-
ginem patet vocabulum *Alcorani*, in Oriente, matre lingvâ Ara-
bicâ, natum esse, postmodum verò civitati donatum, & non so-
lum Latinum sed & Germanicum factum, sic enim Germanorum
ALCORAN, observante *Fabricio* (a) pure Arabica est. Nonnulli
hanc vocabuli hujus recensent originem ex Alcorano Surat. 96.
ubi hæc habentur verba: *Lege in nomine Domini tui, qui creavit ho-*
minem ex sanguine concreto: lege per Dominum tuum, qui docuit hominem
quæ antea ignobiebat. Qvæ verba uxori suæ Chadigiæ proposuisse
Muhammed perhibetur, tanquam à Gabriele Angelo proposita,
cum ei primo loco revelationes suas aperuisset. Cum ergo in
Arabico habetur لَقَرْبَنْ *lege*, inde nomen Coranus factum creditur.
Nisi potius Origo sit à Judæo, ut veteri סִקְרָנָה responderet. (b)
Derivatio hujus vocis, qvæ est ex Arabico articulo جَلْ و ex voce
قرآن *Koranon* optime potest peti ex B. Pfeiffero (c) cui vocabulum
hocce *Koranon* denotat Lecturam, Legendum, vel collectionem;
a radice

a radice لـ قـ legere, colligere. Alii vero teste Schindlero (d) vocem deducunt a radice كـ رـ (qvarar) confessus est, ut Alcoran sit quasi confessio. Aliis notante eodem Schindlero significat Alcoran correctionem, ideo, qvod Vetus & Novum Testamentum corrigere & tolerabilius reddere voluerit; qvamvis prior derivatio sit adæquata. Pro variâ itaqve hujus vocis significatione & derivatione, varia etiam ejus derivationis datur ratio: Collectio, Epenio aliisque dicitur eò, qvia capita ejus & Suratæ, antea disiectæ & disruptæ in unum quasi corpus sunt collectæ, & Alcoranus idem sit ac collectanea divinarum præceptionum; (e) correctio unde aliis dicatur ex Schindlero jam est adductum. A legere dicitur Lectura, qvia diligenter eum volvere, & revolvore legere & perlegere debebant Muhammedani, ideo, qvia norma fidei & religionis ipsis erat. Ad Homonymiam notandum est venire hoc nomine Muhammedanis, non saltem Alcoranum, sed etiam qvamvis legem cœlitus datam; unde Moses alibi dicitur لـ مـ accepisse. (f) Hoc vero loco qvando nobis cum Alcorano res est, solum intelligimus Volumen legis Muhammedicæ, cui & Synonyma qvædam de neganda non sunt: Nam dicitur altius qvoqve Furcan sive Alphorcar, vel qvod idem Alfurcan, a discriminando, qvod verum a falso discriminet, aut infidelitatem a fide, (g) vel ob discretam ut Nic. de Cusa (h) vult, capitum separationem. Nominatur & Almos. baph i. e. liber sive Codex, ut sacra scriptura Græce ΕΙΓΛΙΟΥ. De quibus, ut & de nomine Alcorani ipso ulterius conferatur Pfeifferus (i) & Marracius. (k)

- (a) In Specimine Arabicop. 47. (b) Vid. B. Dn. D. Hinckelmann prefat. Alcorano premissa. (c) In Theol. Judaicâ p. 263. & in Cris. Sacra p. m. 412, 413. (d) In Lexico Pentagl. p. 1648. in voce פָּנָרְפָּה (e) Pfeiffer. l. c. p. 264. Fabrit. l. c. conf. & Jo. Forbesius a Corse in Instrukt. Hist. Theol. Lib. 4. cap. 3. n. 3. p. 176. sq. (f) Fabrit. l. c. (g) Danhauerus Diff. de Ecclesia Muhammed. p. 56. & Pfeiffer. l. c. p. 265. (h) In Cribratione Alcorani Lib. I. c. 1. (i) Loc. cit. (k) In Prologo refutat. Alcoranica P. I. c. III.

§ II. Consideratō igitur breviter Alcorani nomine, de ipsis causis, paucis qvoqve dispiciendum erit. Primum vero inter eas locum Efficiens obtinet, qvæ vulgo dividi conservavit in Moventem & Agentem. Movens iterum, qvæ nobis hac vice idem est

ac



ac Occasio non male in Internam & Externam. Illa omnino fuit ipsa Muhamedis malitia, qvæ procul dubio à Diabolo fuit, malas sugerente de compilando hocce libro, introducendâqve planè novâ religione, cogitationes. Hanc vero fuisse crassam Arabum Idololatriam, agrestemqve Politiam ; Judæorum dispersionem, contemptum & vires plane attritas ; Christianorum autem tunc temporis, partim dissidiis intestinis distractionem, partim etiam in vitâ ipsâ, illorum quoque, qui innocentia faciem aliis præferre debuissent, dissolutionem, optime nos edocet Hottingerus (1) dicens : *omnia modo recensita, astuto & versipelli Arabum impostori, Muhamedi, vulgatum illud Arabum : acutum ferrum dum calet ; in memoria vocasse.* Causam vero agentem sive Alcorani Auctorem qvod attingit, & quidem principalem, illum Arabes fingunt ipsum DEum, qvando nempe omnibus persuadere volunt Alcoranum esse *increatum verbum DEI*, imo tam altas hâc ipsâ suâ persvassione in omnium animis egerunt radices, ut malint sâpe extrema qvæque subire, qvam de æternitate Alcorani, qvam ipsi cum attributo ~~annos~~ tribuunt, dubitare, licet assertum hoc, nonnulli eorum, imo ex ipsis Imperatoribus, refutent, credentes Alcoranum esse creatum. Sic enim, ut unius modo exempli abs Hottingero (m) ex Patriide recensiti mentionem injiciam, Vathucus, successor Mammonis, magno conamine fidem de creato Alcorano propagavit : *Nam scripsit ad omnes Ægypti provincias, ut cogerentur Muselmanni credere, Alcoranum esse creatum, atque hoc ipsum templia insculperetur.* Que sententia valde displicuit Muselmanni, eamq; vebementissime sunt detestati, illi vero, qui hoc modo, sententiam hanc insectantes se gesserunt, neque eandem parato animo accepérunt, graves luerunt pœnas, aliis flagellis casis, aliis vindis, etiam occisis. Qvæ Arabum sententia, procul dubio ipsi innititur Alcorano, in quo hic inde inculcatur, codicem hunc, non tantum innotuisse Patriarchis & Patribus V.T. sed ~~scđo, ror~~ qvoq; ac cœlo demissum esse, nocte quadam cui nomen ~~רְאֵבָה~~ ~~לְבָבָה~~ ut ex Chemnitio refert Bangiu, (n) legem ante mundum conditam, ac literis igneis nigris in dorso ignis candidi scriptam fuisse, duobusqve annorum millibus mundum præcessisse, nugantur. Qvas vero nugas, meritò seponimus, Verum & genuinum Autorem



torem in scenam producere intendentis. Ille vero primus post Satanam MUHAMMED est, de quo in compendiō qvædam lubet prænotare. Quemadmodum vero olim Athenienses sèpius, referente Proculo in Chrestomathia sua, contraria plane rebus nomina indiderunt, Carcerem Palatum nominarunt, Vappam dulcedinem vocarunt, Furias Eumenidum titulo condecorarunt; vel, ut, notante Magnifico Dn. D. Irigo Præceptore nostro Venerando (o) Egypcius etiam, eadem nominum perversione delectatos legitimus, ubi inter Ptolomeos qui Parricida fuit, Philopater, qui neminem unquam ullò affecit beneficio Evergetes dictus est. Quemadmodum etiam Stephanus Szegedinus in Speculo Pontificum observat, qvod plerumqve malefici Bonifacii, timidi Leones, rustici Urbani, improbi Innocentii, feroce Clemencies, maledicti Benedicti, deformes Formosi, ignari Gregorii, ingratii Johannes, impii Pi, infelices Felices, & victi vñctores Apostolicam exornarint sedem. conf. Unschuldige Nachrich- ten von alten und neuen Theol. Sachen. An. 1702. p. 248. 19. Ita idem plane & de Muhammede & de ejus nomine dicendum est: Illi qui nihil minus egit, quam ut DEUM verum, verè debitòq; modo laudaret, celebraret, eiqve gratias persolveret; Illi qui nullā laude & celebratione dignus, & cuius desiderio nullus flagrat nomen est Muhammed. Descendit enim nomen hocce a verbo Arabico ﷺ per ueniētū ﷺ LAUD AVIT, GRATIAS EGIT; qvod in conjugatione secundā, significatione intensā, valde celebrari significat: atqve ab hac conjugatione ejusqve participio passivo emergit ﷺ valde celebratur, qvod nōmen Arabicum vi etymi Hottingero (p) idem est ac Hebraicum: אֵישׁ חֶסְדָּיו Vir de side- riorum. (q) Observamus autem hic simul, Muhammedem hunc non esse confundendum cum alio Mubammed Ben Iсааr Arabe, qui scripsit de Secta Manicheorum, cuius MSCtum possedit Hottingerus (r) Pessime etiam hic Muhammed confunditur à glossā marginali Corporis Canonici cum Nicolao hæresiarchâ primi seculi. Cum enim c. non omnes Episcopi: 29. C. 2. Q. 7 hæc verba ex Hieronymo allegantur: Attendis Petrum sed & Judam considera, Stephanum suspicis sed Nicolaum re- spice; in extremo margine notatur, qvod iste Nicolaus fuerit Mahorne- rus, quem colunt Pagani, pro qvâ sententiâ Hugo citatur. Cujis

D

Glossæ



Glossæ etiam meminerunt *Dominicus & Carolus Marii* fratres. (s) Genealogiam nostri, qvam sat amplam Arabes texunt, *Hottingerus* (t) prolixissimè recenset, Parentes ipsi fuere Abdalla & Eminia, gentis & familiae nobilitate clari qvidem, Avus enim ejus *Abdalmalib & Schickardo* in professat. ad Tarich inter Arabiæ Reges relatus legitur, sumtibus vero exhausti, vitam parcè & duriter agentes, qvam & paupertatem in Prophetâ suâ libenter Arabes concedunt. Locus, ubi lucem Muhammed adspexit, urbs Arabiæ Felicis (qvod *Pfeiffero* (u) placet afferere prae desertâ) *Mecia* fuit, a Muhamedianis tam sancta estimata, ut nullis nisi Muhamedianis eam videre liceat, qvamque Scriptores Arabici, qvotiescunque mentionem ejus faciunt, votis proseqvuntur, vel titulis honorariis condecorant, verbô, tanti faciunt, ut eam ingredi Christiano capitale sit, cuius rei rationes *Hottingerus* (w) iterum enarrat. De tempore nativitatis ejus qvando illud contigerit, qvove anno? inter Eruditos nondum convenit; *Pfeiffero* l.c. arridet juxta *Elmacinum*, cuius sententia & recentissima est, & Arabibus turissima videtur, A.C. 571. *Erpenius* (x) statuit 580. *Joh. Andreæ* cognomine *Alfaqui i.e.* sacerdos Muhammedicus, sed ad fidem conversus, (y) nativitatē ejus refert ad annum 620. Varia alias circumferuntur miracula, qvæ in ipsa nativitate, qvam Rabbi qvidam *Ismailitarum* nomine *Kabach*, ab aliis etiam vocatur *Kabalchabar* (z) longò antequam facta, tempore praedixit, contigerunt, qvorum inter & illud est, qvod natus sit circuncisus, & ipse Lucifer ex ipsius nativitate dolorem hauserit acerbissimum (aa) Infantiam & juventutem Muhammedis, qvam maximam partem ut *Camelarius* peregit, annos viriles, ubi permultas nuptiis sibi uxores adjunxit, abundè nobis *Pfeifferus* l.c. describit. Qvod Religionem verò ejus convenit, probat *Marracius* (bb) Muhammedem usque ad XL. etatis annum Idola cum cœteris Meccanis coluisse, qvod & comprobat *Hottingerus* l.c. p.227. illo verò vitæ anno Propheticas inspirationes, & inde Schedas suas, ut *Pfeifferus* loquitur jactari cœpit, spargens se esse Prophetam à DEO Devi. XVII. praedictum, mentiens, nomen suum extitisse in V.T. ut & in N.T., qvod & post ipsum Turcarum & Persarum Doctores, ipsius *Alleclæ*, mor-
dicus

ticus defendunt. Qvæ tamen omnia falsa, sicut solidè & eruditè contra eos demonstrarunt *Danbawerus* & *Frischmuthus*. (cc) Præperea finxit & Ecstasi qvandam divinam, & familiare cum Gabriele Archangelo colloqviū, cum tantum Epilepsia laboraret, inter qvam vero & Ecstasi maxima datur differentia. (dd) Mira-cula plurima ab Aſſeclis ejus ipſi assignantur, sed qvo jure detegunt nobis *Hottingerus* (ee) & ex *Marracio Actorum Eruditiorum collectores* (ff) item de *Moni*, (qui est *Richardus Simonius*) (gg) Mu-hamedem nempe nullis miraculis fuisse clarum. Ridicula por-ro est illa ſententia *Benvenuti Inolensis*, qvam *Dominicus* & *Carolus Macri Fratres* in *Hierolexico* perstringunt, qvando Muhamedem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem fuisse afferit. Thēma Mo-hammedis æque ut Salvatoris Nostri natalitium, composuit *Abu Moſor*, ut ex *Vossio* adducit Dn. D. J. A. Schmidt in *Disp. de Thēmate Chriſti Natalit. c. 1.* Cœterum qvæ ulterius de Muhamede afferri poſſent, ut ſunt de ejus fuga ob religionem, de bellis cum Heraclio gestis, (ubi & obiter obſervamus, *Inſignia Muhamedi*, nempe *Bombyx ad mori ſolium*, cuius metrinit incomparabilis ille *Andreas Möllerus*, *Greiffenbagius*,) (hh) de morte deniqve & de ſepulchro ejus pen-dulo vi magneticā in Aerem attracto, (ii) vid. *Pfeifferum* & qvos ipſe citavit, qvibus addatur prolixe agens *Marracius*, (*) item *Hiſtoria Gothana Compendium*, (kk) cum aliis qui de Muhamede tractationem instituerunt. Hic igitur huc usqve descriptus Mu-hamed Alcorani Parenſis eſt, cui foetus ille, die Veneris, qvam ideo Sabbati loco colunt (ll) ut tradunt, allatus, licet aliàs ipſe Mu-hamed conſiteatur, diversis temporib⁹ imo particulatim ſe do-ctrinam ſuam accepiffe. In compilando hocce libro & cuđenda religione, nonnullos habuit Coadjutores, *Sergium* nempe mo-nachum, qvem aliàs præceptorem vocant Muhammedis, & vel *Neforianum*, vel *Jacobitam*, vel *Arianum dicunt*; fuisse vero *Neforia-num*, nervosis ex *Marracio* conceptis verbis *Lipſiensis* (mm) com-probant, & *Judæos* qvōdam, qvorum nomina ex *le Moyne Dominus Praes̄ meus* (nn) obſervat, qvibus *Pfeifferus* (oo) addit ad huc alios duos Monachos *Neforium* & *Addosum*, & *judæum Abdallam fi-lium Selam*, simulqve hæc, qvæ de hisce coadjutorib⁹ Muham-e-

dis referuntur vera esse, contra eos, qvi in dubium vocant, argumento potissimum ab ignorantia, qvam alias Muhammed certissime, si recensisti illi non tradidissent manus socias, prodidisset, defumto, defendit. Atqve sic a jam nominatis contenta Alcorani excogitata & variis in Schedulis conscripta & conjecta, imo palmarum foliis illita fuere. Ne vero post obitum Muhammedis, & somnia simul ejus evanescerent, Abubeker qvidam, sacer Muhammedis, ejusqve in regno successor, & primius Calipha, (h.e. Vicarius Muhammedis) cui & ob fidem suam, qvam somniis illis Muhammedis adhibuit, cognomen *Veri sive Jussi*, ceu præmium, ab Arabibus impositum est, schedulas illas, una cum *O'manno*, diligenter conquisivit, & in unum quasi Systema, ea qvæ in schedulis & tabulis dispersa erant, congregavit, (qq) ita verò ut Grammaticæ potius elegantiæ, qvam ordinis rerum & temporum, imo qvam veritatis & certitudinis fuerit Studiosus. Plura adhuc de Auctoribus Alcorani ejusqve fatis habet præter jam citatos
B. Dn. D. Hinckelmannus. (rr)

- (l) *Hist. Or. Lib. 2. c. IV. p. 396. sqq.* & præter cum *Dn. à Leni* in *Schediasmate His-
toricō-Philol. de Judaor. Pseudo Messis. c. II. b. 8. p. 36.* (m) *Histor. Or. p.
417.* (n) in *Calo Orienti* (qvod uine subtit. Exercit. Philolog. Philos. extat)
Exercit. I. p. 3. (o) in *Oratione Parentali, in Obitu B. Dn. D. Carpzovis,*
Chrysostomi illius Lipsiensis habita. (p) *Hist. Or. L. 1. c. 2. p. 13. sqq.* ubi & Syn-
onyma quædam Muhammedis recensentur. Qvæ tamen omnia præstantiæ
nominis **الْكُرْنَم** cedunt, ideo, qvia Muhammedi afferunt, hoc notaen, non
tantum Adamo, Moysi, Christo ceterisque Prophetis innotuisse, sed etiam ei
cum DEO commune esse. (q) *Dan. c. X. v. m.* (r) in *Bibliotheca Veteri &
Novi p. 183.* (s) in *Hierolexico p. 400.* conf. & Magnif *Dn. D. Ittingii Diss. de
Heresiarch. p. 94.* (t) *I. c. pag. 17. -- 201.* (u) *Theol. Fud. p. 267.* (v) *I. c. p. 216.*
(x) *Orat. de Lingua Arab. II. p. 42.* (y) in *Confus. Sch. Muhammedica p. 32.*
(z) vid. Schweigger in der *Türken Alcoran, Religion, und Übergläuben* p.
3. (aa) Schweigger l. c. p. 18. ubi ita: In dieser Stund (da nemlich Maho-
met geböhren) haben sich alle Götzen geneiget und Lucifer ist von den Engeln
in die Tiefe des Meers versencket worden / von dannen ist er nach 40 Ta-
gen mit harter Müh entlauffen und ist auf dem Berg Cabek kommen / alda
er mit grausamer erschrecklicher Stimme seine Engel / und die er sonst ver-
föhret / zu sich gerufen / die fragten ihn / was doch die Ursache wäre / daß er
so entwichen sey ? denen erzählte Er / daß Mahomet geböhren wäre welchen
Gott herfürbracht / und seinem Schwerte solche Kraft gegeben / daß es als-
les / es sey so hart als es immer wolle durchschneide zu unsern Verderben / und
daß kein einiger Platz auf den Erdboden soll gefunden werden / dahin nicht
die Lehre von der Einigkeit Gottes kommen solte / welcher alle Ding erschaf-
fen/



sen und mich wegen dieses Propheten verdampft hat. Adde Hoornbeckianum in summā Controv. Relig. p. 73. (bb) Part. I. Prodromi Refut. Alcor. Cap. VIII. quam recensent etiam Celeberr. Act. Erud. collectores Anno 1692. cuius vid. p. 321. (cc) Ille in diss. cit. p. 9. sq. Hic in diss. pec. gene 1685. habita: contra Turcarum Persarumque Doctores, qui Muhamedem veri nominis & a D E O promissum Prophetam fuisse probare suragunt. conf. & Act. Erud. l. c. p. 335. (dd) ut ostendit M. Panecius in diss. de Eesfasi Wisteb. Anno 1695. habitā: (ee) l. c. p. 473. - 491. (ff) l. c. pagg. cit. & Anno 1698. p. 113. it. Pfeifferus l. c. p. 269. (gg) in Histoire Critique de la creance & des coutumes des Nations du Levant. Chapitr. 15. p. 167. sq. (hh) in Symbolis Syriacis p. 26. ubi recenset far-
taginem aliquam insignium haud vulgo notorum. (ii) Qvam tamen traditionem fabulam esse, demonstrat D. Samuel Andrea in Diss. de Sepulchro Muhamedis, ut & D. D. Wagenseil in Perā libb. juvenil. T. 2. p. 724. Ubi inter alia ita: Hoc (nimurum, quod de sepulcro Muhamedus narratur) tam verum est, ac illud, quod apud Matthauum Parisium in vita Henrici III. Anglia regis legitur, quoddam tum genus fulguris infernalis et ab arbere descendisse fanum Mae-
chomets cum suo simulacro subito incendio subruisse, & dissipasse, & iterum aliud consimile primo impetu diutum fanum in minutias dissipans in terram demersisse. Et tertium in profundiora terra. Ut credebarat destruisse in aby-
sum. Deinde ignem illum calidissimum & consumitorum, ardenter, & non lu-
centem serpisse per inferiora terra. & quasi ignem tartareum scopulos con-
sumisse, quin non posset extingui, & sic totam civitatem Meche & loca conter-
minatae inextinguibili fuisse consunta. (i) in Prefat. ad Prodrom. Refutat Al-
coran. (kk) p. m. 442. sq. & Dnus a Lent. l. c. Hoornbeck l. c. p. 71. conf. etiam
Confut. Muhamed, qvam exhibet Le Moyne in Var. Sacris p. 429. sqq. &
Bartholom. Edessae Elench. & Confut. Hungaren, itidem à le Moyne exhib. l. c.
p. 303. sqq. Vitam quoque Muhamedis ulterius accuratissime descripsit
Greg. Abdulpharagus in Hist. Dynastiar. per Pocockium edita, & ipse Pocockius
eam consignavit in Specim. Hist. Arabica. Jung. Priseaux vvm Leben Ma-
hemets und dessen Alcoran. (ll) Vid. Georgewitz in de ritibus Ture. c. l. 12.
72. p. 172. de Turcarum Sabbatho alias etiam conferri meretur D. Quenstede
in Diss. pec. de Sabbatho in prefat. (mm) l. c. nempe Anno 1692. p. 321. (nn) in
prologo Diss. de Chibut Hakketber. pro ultimo vero nomine Audias legit
D. Job. Mich. Langius SS. Th. Prof. Altors, in Diss. de Fabulis Muhamedicis
p. 72. Abdias ben Salon, Ubi & p. 71 narratur ex Hinckelmanno, de duobus
servis in officina fabri gladiorum Mecensis, qui ipsi Pentateuchum & Evangelia
prælegerint, in cuius rei testimonium Zamascharius apud Marraccium ad-
ducitur. Hornius in dissertat. Historico Polit. p. 349. ita: Machomet suo per-
niciose dogmate instinxerat, & insidias Johannū Antiocheni & Sergii Italico
Monachi Alcoranum scripsit. (oo) l. c. p. 273. sqq. (pp) Hotting. Hist. Or. p.
472. (qq) unde Pfeiffero audit Alcorani systematicae & formaliter conside-
ratis causa proxima. Elmacinus in Hist. Saracen. Lib. I. C. I. p. 18. de hac Abu-
bekri prima Alcorani è tabulis collectione ita satur: Cum enim Multimi in

Jamana fortunam haberent adversam, metuit (Abubeker) ne Alcorani quidquam periret, erat enim tantum in hominum memoria in Schedulis inter tabulas, vocavitq; cum Musafum. Scriba equus fuerunt Ottomani fil. Affani & Zeidius fil. Isebiti: Index Omar, fil. Alchithabi, Fanior Sededus, Servus ejus: Sigillum ejus erat Sigillum Prophetae, adde Horring, in Prompr. p. 106, 107 ubi observat Arabes Abubekrum Collectorem Alcorani salutare. (rr) in prefat. Alcorano prmiss. lit. b. 3. sqq. & ap. Autorem confutat. Muhammed, quam slistit le Moyne in Var. Sacro. p. 449. sqq. jung. Dannharto. i. c. p. 57. 58.

§. III. Ad Objectum, sive Materiam circa quam Systema hocce Alcorani jam collectum occupatur, quam pedem promovemus, admodum varia se se nobis offerunt. Et quidni esset, continet enim scriptum hoc certi quicquam nihil, constanti & uniformi methodo, sed est variegatus Cento ~~et inveniatur~~, ut illum ex Horringero nominat Precess. Dominus M. Christ. Reineccius Amicus noster longe estimatisimus, (ss) & ut Marracini loquitur (tt) vix dici potest, quid Alcoranus determinate contineat; est enim Miscella & farrago innumerarum rerum. Ex mente vero Muhammedis, ut viderur, Objectum illud & Materia Alcorani, sacra esse debuit; quam & B. Pfeifferus (uu) optimè dispescit in tres classes, & de singulis fusissime agit, quod etiam præstitit B. Dn. D. Hinckelman. (ww) Quare nos ne actum agamus, dispositionem tantum objecti hujus ex eo recensebimus, probationem vero dictorum, eorumque ulteriorem Illustrationem, quam semper ex Alcorano, cuius loca citantur, additam, B. L. ex ipso Pfeiffero petere, si libet, potest. Tractantur vero in Alcorano (I) Historica, eaque vel Biblica (xx) vel non-Biblica sive Profana. (yy) (II) Didactica; (zz) slistit enim Alcoranus Theologiae Muhammedicæ fundamenta. (III) Elenctica (aaa) quando nim. carpit Koreischitarum partim Idololatriam, partim eorum Αγγελατρίαν, angelos cum dicerent esse filias DEI, partim eorum falsam persuationem, non dari resurrectionem mortuorum, & judicium post mortem. In Judæos etiam quodammodo invehit, varia ipsis exprobrans. (bbb) Hæcque hactenus recensita, et si ex parte bona sint & utilia, & apte hic quadret ~~πλυθύλην~~ illud: Eine blinde Laube findet auch jenseit einer guten Erbse, tamen præter pauca illa, plurima se nobis sistunt Fabulosa (ccc) Absurda (ddd) vel

DE ALCORANO.

51

vel Dogmatica vel Philosophica, vel Historica ; *Impia* (eee) *Fri-vola*. (fff) Qvæcunqve omnia ita sunt comparata, ut ferme raro caput aliquot invenias, in quo non plagia ex nonnullis, etiam ipsorum Christianorum libris probis æq; ac improbandis occur-rant, qvod exemplo libelli istius, *de Miraculis Christi Infantis*, qui vulgo sub titulo *Evangelii a Petro conscripsi* eo tempore circumfere-batur, ex qvo passim, multa in Coranum præcipue C.III. sunt transcripta, prolixius probat *Dn. D. Hinckelmannus*. (ggg) Siigi-tur accuratiōri trutinā hanc materiae Alcorani dispositionem per-pendimus, maximam inter Coranum & Judæorum Talmud re-perimus convenientiam, (hhh) qvare & *Doctissimus H. Mubius* (iii) Coranum cum Talmude confert, ostenditqve commune utrius-qve nomen esse *Alsuran, communia semina & figmenta in locis quam plu-rimi*. De Salvatore nostro Jesu Christo ejusque Matre Maria bene qvidem Alcoranum sentire probare annititur *R. Samuel Christianus*; (kkk) sed ex ipso Alcorano (lll) non augustè satis id sic-ri, facile patere existimo; qvod peculiari libello *Warnerus* prose-cutus est. Confer & hic ut & de admiranda veritatis vi in Aulâ Turcicâ & peculiari inde natâ sectâ qvæ *Schnubol Messibi* populus Messia audit ex *Paulo Riccau* differentem *Hinckelmannum* (mmm). De contentis in Alcorano adhuc *Horringerum* (nnn) conferas.

(ss) In Eruditâ sane *Dissert. de Sex Mundi Millenariis ex Traditione Elianâ* Lipsia 1696. hab. in prefat. (tt) in *Prodröm. Refut. Alcorani* P. I. C. III. &c. in prefat. C. II. p. 219. Toti jugib; contradictionum refutus est Alcoranus, totiq; & tam portentosis mendacia, & fabulositatibus incredibilibus, us ne fingere quidem aliud monstrosum licet, libro illo. Conf. *Pfeiffer. Cris. Sac.* p. m. 410. qvi-bas addendus *Auctor Religionis Medici*, qui est *Thom. Brograve*, natione Anglus, professione Mediens, p. 141, edit. Argent. Judicium suum de Alcorano hisce aperiens : Alcoranum Tureicum, indigustum quidam est, & incompositum; erroribus inepit. & cum Philosophia pugnantibus, impossibilitatibus figura-tim & magis plusquam ridiculū refertum, &c. [uu] in *Theol. Jud.* p. 290. -- 314. (vvv) in prefat. *Alcor. Arab. premissa* liv. b. &c. (xx) *Pfeiffer l.c.* p. 290. (yy) p. 291. sqq. (zz) p. 292. sqq. (aaa) p. 296. sqq. (bbb) p. 298. (ccc) p. 300. sqq. & *Levinum Nicol. Mottecum Equiritem Megap.* qui nominatum an-tea Auctorem Religionis Medici notis illustravit eruditissimis l.c. p. 144. (ddd) p. 306. sqq. (eee) p. 309. sqq. (fff) p. 314. sqq. & *Allatius in Apibus Urbanis* p. 226. testatur, *Petrum à Valle*, loca Alcorani textibus librorum Scripturæ, qui etiam Turci recipiuntur, contraria, item Anachronismos & similia studiose collegisse. (ggg) 4. c. 1. sqq. (hhh) conf. *Pfeiffer. Theol. Jud.* p. 19. sqq. & *Plau.*



Plur. Rev. Dnus Praes in Spicil. Histor. Philol. de Talmude Babylonico diff. prioris, & adde quos ibi citatos invenies, (iii) in Apologia Talmudica. Et Pfeifferus in Praefatione Theol. Jud. per tot. (lkk) in parastasi veri Messia in Monum. Orthodoxorum scriptorum Lat. p. 1605. sqq. (III) Surat. V. p. 92. edit. Gallica du Ryer conf. Pfeiffer l. c. p. 311. In Catalogo Bibliotheca Thunana bis quidem memoratur Alcorani & Evangelistarum Concordantia Autore Postello, quem tamen librum videre nondum mihi licuit. Juxta Morhof. in Polyhistor Part. I. l. 1. c. 10. p. 89. Postellus in Alcorano multas veteris Egyptiorum Theologiae reliquias, ac plura de Christo ipso testimonia, quam in judæorum libris agnoscit, (mmm) in Pref. Alc. Arab. s. f. 2. sq. (nnn) in Histor. Eccles. Tom. I. p. 391. sqq.

§. IV. Forma Alcorani, vel interna est vel externa; Interna est ipse sensus, quem Arabes, Prophetæ sui ineptias in mysteria transformantes, sed falso, fingunt Θεόπτευσον, cum in Alcorano nihil sit, quod ultra Carnalis alicujus hominis ingenium assurget, exclusit enim Muhammed, ex suis dogmatibus, inquit Dn. Langius, (a) quicquid ratio sibi relicta capere non potest; ut potius sensus ejus maxime obscurus, impurus, insulsus, delirus, & confusus sit. Quæ omnia, si opus esset testimoniis plurimis comprobata reddere possem. Sufficit unicum hac vice adduxisse ex Hieron. Savanarola (b) quod rectissime non solum animadvertisit, maxime insolue & confuse, conscriptum esse opus hocce, sed & a nemine ordinem illum in eo notari posse confirmat, quod & indicium esse asserit præcipuum socordiae & ignorantiae Muhamedis. Sensus vero huncce per se sat jam obscurum nonnullos Arabum sæpiissime magis adhuc depravare, tales nimirum Muhammedi, affingentes sensum, de quo ipse nunquam cogitavit, Ahmed-Ben-Idra exemplo nobis Hoinigerus (c) demonstrat quam luculentissime. Alii vero, inter quos & præcipuus est Dn. de Moni, (d) arbitrantur, rudia atque infinita Alcorani figura, sensu parabolico aliquando intelligenda esse. Externa, Idioma est & stylus. Illud Arabicum est, ipso Alcorano (e) fatente. Hunc vero Arabes magni semper fecerunt, adeo ut tantum ei adscribant, quantum judæi nitoris & elegantiae styli Scripturæ sacræ tribuunt, imo quantis phaleratis dictis ipse pseudo-propheta eundem extollat, videre est apud Pfeifferum. (f) Negandum quidem non est, stylus genus breve & concisum, phrasis non in-

inelegans, s^epe figuratum, flosculis & sententiis subinde aspersis, purum ac elegantissimum esse, si nempe Grammaticas regulas potius quam Rhetorices praecepta, qvis estimare velit. Et de qvo recte judicat. B.D.Hinkelmann: (g) qvod Coranus totius lingvæ Arabicæ norma sit hodie, moxque laudat Sam. Bochartum in Epistola ad Capellum filium, ex vero scribentem: Omnes in universum excellentiores Arabum libri, perpetuo ad Alcoranum alludunt, qui etiam stylo est tanto r^esior, quanto in doctrina impior ac absurdior. Alias verò contenti esse possumus, judicio illo haud inconvenienti, qvod de Stylo Alcorani fert Ludovic. Marraccius (h) qvodque eōredit; *Esse locutionem Alcorani, valde similem illi, quā utuncur demones in Energumentis, vel Arreptiis, vel quando se ab hominibus audiri sinunt; intermissione vera falsis, ludicra seris, clara obscuris, & saepe per enigmata & ambages loquendo.* Præterea Stylus hicce qvodammodo est rhythmicus, qvia periodi ejus plerumqve in rythmos desinunt, non vero planè metriu, ut contra Seegerum, Fabricius (i) & Pfeifferum (k) observarunt; unde etiam est, qvod Arabes qvi vehementer delectantur rhythmitico scribendi genere, eorumque plurimi Auttores imitentur Alcoranum, & omnem operam in id sedulò collacent, ut genium ac in dolem Styli illius rhythmitici in Alcorano contenti exprimant. Cujus rei illustre exemplum laudatus Fabricius (l) nobis reliquit.

(2) De Fabb. Muhammed. p. 74. (b) Lib. IV. de Verit. Ed. c. 7. Est enim, satente qnoque Marraccio in Prodr. Refut. Alc. in prefat. c. 2. p. 218, Alcoranus ita obscurus, concisus, perplexus, atq; clambarus, ut nisi Expositores suppetias ad ejus intelligentiam ferrent, Oedipo ipsi frustra explicandas tradiceretur. (c) Hist. Orient. p. 127. (d) in Hist. Crit. de Religione & ritibus populorum Oriente Cap. XV. (e) Surat. XLII. p. 370. edit. cit. (f) Theol. Jud. p. 286. (g) l. c. tit. g. I. [h] notante Pl. Rev. Dn. præside in Coroll. I. Diff. de Calumnia Ono & Choro-Latria Iudaicis & Christianis olim aspersa Lipsie habita. (i) in Spec. Arab. p. 167. (k) l. c. p. 288. sqq. (l) l. c. p. 168. sqq.

§. V. De Fine quem Muhammed huic libro destinavit, ut nimirum esset norma & regula, ad qvam dogmata fidei & religionis examinanda, vita benē morata instituenda, non est ut pluribus dicatur; qvare statim quid sit Alcoranus? ex B. Pfeiffero (a) cuius descriptionem hac vice & huc transponimus, addeamus. Est vero liber Pseudo dogmaticus, ab impostore Muhammede, idiomate Ara-

buo conscriptus, & Abubecro in ordine redactus, ut esset. *Musulmannus nema religionis & morum.*

(a) *Theol. Jud. p. 265. Dannhauerius in Diff. cit. p. 57, ex Hottingero, hanc ex ipso Alcorano compositam exhibet: Alcoranus est liber celestis, veritatis indubia Angelus, Diabolus, Hominibus intellectu difficultis, atq; ad universalem omnium Gentium Apostolum Muhammedem missus, ut credentes illi serventur, incredulis hic ferro & flammā extirpentur, & in altera vita suppliciū eternū matentur. Similique varias adjicit descriptiones alias e. g. per Ignem fatuum, Luciferum instabile, ineptum, fatuum. Putidissimarum Paludum Accola, ludens. & in existim tradenda hominibus natum.*

§. VI. Licet vero, ut §. 4. ex *Savanarola* obseruavimus, ob confusam Alcorani conscriptionem, a nemine ordo ullus accuratus notari possit, nihilò minus tamen, varie à variis Liber hicce, cuius Oeconomiam aliquò modò, ubi de Objecto nobis sermō erat, dedimus, & pluribus adhuc ex Pfeiffero l.c. addisci potest, distribui & in partes dividi consvevit. Communis illa est *Abubecri* divisio inordinata in CXIV. capita, (a) qvæ Arabicè dicuntur *Suraron*, in sing. *Suraton* & cum Articulō *Affourato*, unde apud Latinum interpretem factum est *Azoara*. Qvæ vox qvam diversis obnoxia sit explicationibus B. Pfeifferus nunquam satis laudandus (b) annotavit. Ab *O'man* vero genero Muhammedis, ut ex *P. Bellonio Hauckianus* (c) nobis reliquit, digesta est Alcorani moles, qvatuor in Libros. Primi libri capita sunt qvinqve. Secundus numerat duodecim. Tertius novem & decem. Quartus centum & sexaginta qvinqve. Alii teste *Philipp. Guadagnola* Suratam primam tantum præfationis loco venditantes, capita modo CXIII. numerant. Nonnulli septem ejus faciunt partes. Alii ut ipsi Muhamedani teste *Golio* (d) in LX. alii in XXX. divisorunt portiones. Qvas vero generales partitiones libenter mittimus, & ad specialem ejus divisionē in Suratas nempe pedem promovemus. Sicut enim Doctores judæos tractatus suos Dogmaticos sæpius dispescunt in **הַלְכוֹת**: viae & incessus & in portas, nim in **בְּכָרֶת** portam primam, medium & postremam; ita & Alcoranus Doctissimo Stephano le Moyne (e) dividitur in شُورَق i. e. in vias, plateas & ingressus, qvia per illos Muselmanni, se incedere, pergere, & ad Paradisum tandem aliquando pervenire putant. De ipsis vero Suratis, earumq; distinctionē minutissimā in Versiculos, & qvam difficile

difficil sit, numerum qvendam certum hic statuere, plurimis pro more suô i. e. solide & eruditè jam egit Pfeifferus loco sêpissimè citato. (f) Literas initiales, qvæ Suratis qvibusdam præmituntur, recenset Ludovicus Maracciūs (g) his verbis; Surat. II, v. i. exorditur tribus characteribus solitariis np. A.L.M. qui nihil significant, & expositores ipsi sapientiores fatentur DEUM solum nosse sensum eorum. Negat solum huic Surâ; Sed alîis quoq; nonnullâ, vel hos vel alios characteres ignote significationis praesigunt. (sc. Muhammed) Eas hic notabo, præmittit Sur III. A.L.M. Sur. VII. A.L. M. S. Sur. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. A L.R. Sur. XIX. K.H.I.A.S. Sur. XX. T. H. Sur XXVI. T.S. M. Sur. XXVII. T. S. Sur. XXVIII. T. S. M. Sur. XXIX. -- XXXII. A. L. M. Sur. XXXVI. I. S. Sur. XXXVIII. S. Sur. XL. XLI. H. M. Sur. XLII H. M. A.S. Q. Sur. XLIII. -- XLVI. H. M. Sur. L. Q. Sur. LXVIII. N. Non est dubium hujusmodi characteres superstitionem ac magiam denotare. Nullam certe habent utilitatem, prorsusque otiosi sunt, cum nemo sit qui eos intelligat. Conf. & Hottinger. (h)

(a) Qvorum ordinem & numerum habet Postellus Lib. II. de Concord. Orbis p. 125. (b) Th. Jud. p. 277 (c) de Fide & Legib. Mohham. p. 65, ubi & illud adhuc observatur, candem distinctionem legi in Confusione Secta Mohammedanac. 2. cuius Autor est Johannes Andreas Alfacqui i. e. Sacerdos Mohhamædicus, sed ad fidem conversus, conf. adhuc notas Wildmanstadii ad Theologiam Muhamedâ atque Orationes 4. qvæ Alcorani exhibent Epitomen, & Nestor. de Cusa qvæ Lib. I. c. I. cibrationis Alcorani scribit: dicunt quidam observatores Libri, illum aliter in Oriente & aliter in Hesperis pareibus distinguvi. (d) Ad Gram. Erpen. p. 178. & Dannhauv. I. c. p. 57. (e) in notis ad Veneria (acrap. 926. sqq. (f) cui merito jungendus Hottinger in Prompt. p. 108. sqq. (g) in Prodrom. P. IV. p. 609. sqq. add. Pfeiff. I. c. p. 282. (h) in Histor. Eccles. T. I. p. 402

S. VII. Est tamen, de qvâ re jam dicendum, apud Muhammedanos Alcoranus, magna in Authoritate, Veneratione, & Aestimatione positus; adeò, ut in Controversiis fidei suæ ne latum quidem ungvem ab ipso recedant, imo pluris aestimant, qvam Scripturam S. qvam à Judæis & Christianis corruptam esse putant. Unde & nominibus valde honorariis e. g. Libri DEI, Verbi DEI eum conde corant, & religio ipsis est Alcorani textum qvocunque modo vel prætextu in dubium vocare. Aestimationem duabus hisce conclusionibus includere solent (I.) Nihil simile Alcorano scribi posse;

E 2

qvod

qvod qvia in ipso Alcorano tanqvam maximo Muhamedis miraculo (a) extat, necesse ab ipsis, sancte & indubitate credi (II.) *Alcoranum esse eternum & increatum.* Qvanqvam vero inter ipsos huic propositioni contra dixerint multi, etiam Caliphæ & Superiores quidam, ut exemplo qvodam etiam nos sup. §.2. comprobatum dedimus, priorem tamen à nemine putant nisi hæretico, negari posse, qvalis *Mardarmomus Saracenus* fuit, unde *Mardariensium apud illos & ea nomen sibi contraxit.* De honore qvi plus qvam divinus est, & reverentia qva Alcoranum proseqvuntur ita Job. Leusdenius (b) fatur : *Muhamedani non audent Christianis aut Gentilibus Alcoranum, vel ejus tantum particulam vendere, ex metu ne immundis manibus ab illa, urpote profani hominibus, traharetur; in o difficileer permittunt Christianis, judais aliisque ut eundem attingant.* Qvæ modo dicta adhuc magis, si addatur exemplum, tam F. Bartoli, maximo, Alcoranum accipiendi, cum in Oriente esset, desiderio flagrantis, & tamen vix ac ne vix qvidem ob iniqüissimum pretium, dum 140. thaleris, venalis Alcorani liber prostaret, nisi cum periculo vitæ accipientis, qvam etiam ipsius *Hottingeri* hæc enarrantis, (c.) illustrari possunt. Præterea si Alcorano aliquis ex improviso insidiat, grande putant esse nefas; imo Christianis & Judæis aliquando capitale. Attingere etiam ipsi Muhamedani Alcoranum, vel extremis digitis non audent, nisi bene lotis, & ab omnibus sorribus repurgatis: cum verò hoc in casu, peccatum committere admodum facile, ideo ne ad excusandum, ne qvidem improvidentia ipsis suppetias ferre posset, semper formula hæcce *εφυλακήν*, qvæ desumpta ex Surata LVI. *Ne tangat eum nisi mundus, tegmini vel corio Alcorani, qvod vocant Lingvam Libri,* inscribi consuevit. Ridiculam aliquam Historiam refert Philipp. Camerarius (*) ex Douse itiner. Constantinopol. Ubi auctor de se ipso ita loquitur : *Cum aliquando ad Tacheletela (ita nominatur area Bazaribus templo vicina) me conferrem, Camelum qvendam frequenti stratum populo, lento vestigio gradientem, animadverto. Ego insolenti hoc spectaculo attoritus, meum comitem Polonum, qui religionem Turcicam profitebatur, quid sibi hoc vellet interrogare. Tum ille Camelum istum qvoniam Mecha venit, & Alcoranum (qui divina legis habetur liber) dorso gestarit, bonorem*

honorem illum promerent; alios proinde pius ejus, tanquam sacros, erellere, alios eum osculari, nonnullos sudorem axillarum ejus extergere, eoque sudore oculos, & faciem perficiare, tandemque Camelii mactati carnes in menutissimas partes concisas inter fideles ad manducandum distributum iri. Non solum autem Systemati Alcorani in genere, tantū honoris & Venerationis aī Muhamedianis defertur, sed & in specie, nonnullis Suratis singularem impertinent honorem, exempli loco præ cōteris nobis erit Surat. I. & CXIII. Illam, ut ex Albasan, Marraccius, & ex eo quoqve Celeb. *Actorum Erud. Lips. Collectores* (d) annotaverint maxima habent in veneratione. Nugantur enim DEum primum centum & qvatuor libros ē cōlō demississe; horumqve scientiam in qvatuor ex illis, *Pentatecho* nempe, *Evangelio*, *Psalterio* & *Alcorano* posuisse; deniqve totam Alcorani scientiam, in primā ejus *Surata* conclusisse. Hanc qvam nuncupant *Surato-Lasciassii*, qvod vulgo vertitur *Surata Salutis*. *Hinkelmannus* vero interpretatur *Caput Sincriculus DEI*, tanti æstimant, ut non solum illud caput, et si per breve, tertia tamen Alcorani parti æqvandum censeant, sed quoqve non dubitent lectoribus ejus indefessis, indubie polliceri Paradisum. Cæterum de omnibus hisce *Hoisingerus* qvi hanc in rem lepidam qvandam historiam refert, qvæ sibi ipsi contigit. (e) *Pfeifferus* (f) *Kortoltus* (g) *Henning. Henningius* (h) aliiqve adhuc ulterius nos informare possunt.

- (a) *Juxta Bartholomeum Dberbelot in Bibliothecā Orientali vid. Act. Erud. Annis 1698. p. 113.* (b) *in Philologo Hebraeo p. 3.* (c) *Histor. Orient. p. 505. sq. [*] in Oper. Hierar. sub cōsivar. censur. 3. c. 12. p. m. 40. conf. & Cenfræ descript. aul. Turcic. p. 6.* (d) *Anno 1699. p. 232. jung. Hoisingeri Promptuarium qvod edocebit. p. 108. sq. qvantam, ejus recitationi, superstitione Muhamedana tribuat vim ac efficaciam.* (e) *in H. O. L. c. in Primitivis Heidelberg. p. 2. in Promt. L. e.* (f) *Ib. fid. p. 34. sqq.* (g) *in diff. pec. de Religione Muhamedana, habita p. 40. sqq.* (h) *in Muhammedano precante. p. 71. sq. 24. 252. 254. 361.*

S VIII. Ast, cum Orientales, ob defectum Typographorum, qvos observante *Fabričio* (a) ideo non admittunt, qvod existimant eos perniciosos Reipublicæ & fidei esse, tantum Alcoranum suum, literis conscriptum possideant, oleum & operam nos perdere non opinor, si expendamus huncce scribendi modum, qvi plane nitidissimus, si lendifidissimus, imo secundum qvosdam curatissimus est, qvia tradunt tam accurare Turcas Alcoranum

describere, ut nulla occurrat varia lectio: cuius vero contrarium, argumento, a notis in Alcoranum Masorethicus, de quibus varia satis curiosa habet Hottingerus (b) desumto, asserimus. Addita enim est, etiam accuratissimis exemplaribus tabula Masorethica, ut constet quorum Authorum sint variae lectiones; qualem & adjectam habet codex Basiliensis, qui inde a tempore Basiliensis Concilii, ut Hottingerus huius latur, in Bibliothecam sub nomine Armenici Alcorani depositus est, exactissimam, quam & universam, citatus auctor in *Promptuario p. 152.* inserit. Ulterius quoque nostram probatam damus sententiam ex eodem, quia Muhamedani non adeo religiosi, & circumspectæ diligentiae sint, ac Judæi in exaranda sua תורה seu lege, cum in scribendis nominibus divinis magna sollicitudine caveant, ne nomen DEI deleatur, aut polluantur; sed plerumque in Alcoranō scriptō aliquid addunt, emaculant corrugant. Inscripta vero sunt Alcorani exemplaria Vetusstissima Pergamenta, Charactere Kufico, quæ proxime quo ad splendorē sequuntur, exemplaria distinctis Tomis majusculis literis, auro hinc inde & colorum varietate intertextis, adornata, qualem Tomum, quem Anno Christi 1535. cum Carolus V. expugnaret Tunzum, Baro von Königseck tanquam spolium in Europam deportavit, etiam Hottingerus ut ipse fatetur I. c. pag 105. inter suos libros numeravit. Magis de nitore hoc scribendi nos instruit Matthias Frider. Beckius (c) quando tres illos codices, quibus ipse usus, describit; ante omnia de uno eorum hæc offendimus verba: *Est codex nitidissimus & politissimus: Ornamenta primi & secundi capituli aurea sunt, Rubrice & Partitiones marginales miniatæ, commata denique crocea;* extrinseca involucri pars rubicunda; intrinseca vero viridiæ est, qui color Mubamedanis est præstantissimus, & non nisi, qui Originem a Muhammedo ducunt concessus. Præterea & de nitore, quo Arabes libros suos exarant, & de terce nonnullis Alcorani scriptis exemplaribus Hottingerus (d) est adeundus.

(a) In Spec. Arabico. p. 44. & Hoornbeck in summa Controv. Relig. p. 188. (b) In *Promptuario p. 154.* (c) In Spec. Arab. in Prefat. (d) In *Bibliothecario quadripartito.* pag. 31. 32.

§ IX. Ad Editiones Alcorani, cum jam animus sit progressus facere in antecessum duæ quæstiones nobis erunt consideran-

derandæ, qvarum prima: *Num Luci publicæ inter Christianos exponi sine periculo posse?* Altera: *An DEUS permettere nolit, ut ederetur Alcoranus Arabicā Lingua?* Qvoad primam qvæstionem si Pontificios consulamus plerosque, sine ulla morâ & confessim negando illam decident, qvodqve satis patescit, vel qvando in omnibus suis indicibus prohibitoriis & expurgatoriis ferme omnes Alcorani editiones condemnant, & ex omnium manibus extrudere nituntur (a) vel cum *Cardinale Franc. Ximenio* (b) qui ingentem multitudinem Arabicorum librorum & Alcoranorum, qvinque millia nempe voluminum, qvæ variis umbilicis, punica arte & opere distincta, auro etiam & argento exornata, non oculos modo, sed animos qvoqve spectantium rapiebant, vulcano Anno C 1500. tradidit; ejus cremationem & per ignem extictionem svadebunt. Nos verò omnino affirmandam esse hancce qvæstionem, suffragante *L. Marracio*, ipsorum Pontificiorum, alias fidelissimo fidei socio, dicimus. Est enim, enarrantibus *Era- diorum Actis* (c) modo dictus *Marracius* totus in eo occupatus, ut neget aliquod incommodum Ecclesiæ Christianæ ex hocce libro afferri posse, & è contrario potius Dæmonis astu factum fuisse existimet, qvod Ecclesiæ Christi tanto tempore inco- gnitæ manserint hostium suorum machinæ & armæ, qyo minus adversus ea sese præmunire potuisset. Præterea asserit, neqve impetus Muhamedanorum refellere, neqve astus eludere nos unquam posse, nisi ex armamentario eorum tela sumamus, & eorum technas ab ipsis adhibitas adducamus. qvod sine Alcorani subsidio nunquam assequemur. Et si forte, aliquod in Ec- clesiæm damnum ex editione Alcorani redundaret, id non abso- lute, sed tunc demum accidere posse, firmiter cum *Marracio* no- bis persvasum habemus, si talismodi liber absqve ullis congruis Confutationibus & Apologiis publicareretur; qvanquam non desint qvoqve *Marracius* testimonia qvædam Virorum inter ipsos Catholicos Sapientum ac proborum, ratum habentium, posse etiam sine refutationibus Alcoranum tutò & utiliter, omnium manibus oculisqve permitti cum a nullo melius, quam a se ipso refutetur. Remotis igitur iis, qvæ Editioni Alcorani inter Chri- stianos

stianos videbantur obstare, succedit jam alterum Problema, *An numerum DEUS nolis permitere et vulgari Alcoranum Lingvâ Arabica?* Sic volunt nonnulli. Primarium autem hujus persuationis argumentum suppeditat ejusdem FAVORIBUS, obitus Clarissimorum quorundam Virorum, præmaturus, quando de edendo ejusmodi Alcorano cogitationes conceperunt, ut sunt: *Erpenius, de Dieu, Gallo, Zechendorfius, Rarius.* Sed & hic nobis non desunt rationes, quibus & hanc persuationem & ejus fulcimenta subvertere possumus. Si enim (I.) DEUS permisit Alcoranum edi Lingvâ Germanicâ, Italicâ aliisque, ut ab unoquoque homine plebejo etiam in Vernacula sibi lingvâ legi posset, cur non faciet potestatem edendi lingvâ Arabicâ? permisisse vero DEUM & prius, immo & posterius, ex mox afferendis, clarebit. Et, si (II.) verum est, DEI permisso jam superiore seculo Arabicam extitisse Alcorani editionem, non video, cur hodie impediendi causam habet. Verum autem esse præmissum, ostendit nobis, & simul contra secus sentientium rationes, quibus adhuc intendunt impressum nunquam esse, ante *Hinckelmannianam editionem*, Alcoranum, allatis quatuor longe Eruditissimorum Virorum, *Häneri Bosii, Erpenii & Sauberti* testimoniis solidissimè confirmat celeberrimus *Tentzelius*. Adde (III.) si DEUS permisit extare exemplaria MSta, cur non etiam typis excusa? (d) Et nulla denique sancti iudicio superesse potest dubitandi ratio, quin illam, editione, Alcorani jam extantes Arabicas, & de quibus nunc agendum plane subvertant. Tractationi vero ipsi de *Editionibus Alcorani impressis*, pauca quædam placuit præmittere de Codicibus ejus MSSStis extantioribus, & præ aliis abs eruditis memoratis; Inter hos vero primum merito occupat locum Alcoranus ille Arabicus quo *Solimannus Turcarum Imperator* usus est, qui *Rome* in *Museo Kircheriano* (e) asservatur, quale etiam exemplar, quod Imperator quidam Turcicus usui suo olim accommodavit, in *Bibliotheca Reginae Socie* jamjam dissipata, teste *Hottingero* (f) asservatum fuit. His succedunt nitidissimi illi in *Chartâ expolitâ & levigatâ*, cuius levigandi rationem docet *Bellonius*. (g) exarati codices MSSSti quorum mentionem *Beckius l.c.* injicit. *Bochartus* (h) non solum optat

Alcor-

Alcoranum lingvā Arabicā lucem adspicere, sed & tredecim ejus MSStos codices in memoratā Christinæ R. S. Bibliothecā, extare indicat, quem vero numerum B. Hinckelmannū in eo superavit, dum inter reliquos Corani Codices unum possederit Masorethicis instructum notis, quem Muphti cuiusdam fuisse dicit, eumque codicem principem se vocare solere afferit. (i) Fuerunt autem istiusmodi codices MSSti in prioribus seculis admodum rariores; in unicā verò illa clāde Turcica prope Viennam Anno 1683. d. 2. Sept. multa exemplaria nobis Christianis Turcæ reliquerunt. Qvo factum, ut post illa tempora non tam rara amplius fuerint. (k) Inter editiones typis expressas, eminet ea, *seculo decimo sexto anno 1530. Venetio* adornata, cuius autem exemplaria a Pontifice Romano ad unum omnia suppressa & combusta sunt. Alterum sine dubio hic sibi vendicasset locum, ea, quam B. Pfeifferus meditatus est, & promisit, (l) nisi graviora negotia id impedierint, & quod Ecclesia Christiana adhuc dolet, e vitâ præmaturè discessisset. B. Hinckelmanni editio prodidit Ann. 1694. hoc titulo: *Alcoranus, S. lex Islamitica Muhammedis Filii Abdalla Pseudo Propheta ad optimorum Codicum fidem edita ex museo Abrahami Hinckelmanni D. Hamburgi ex officina Schulzio-Schilleriana Anno 1694.* Qvæ editio ex emendatissimis exemplaribus & præcipue ad fidem codicis cuiusdam præstantissimi ac Masorethicis Arabum observationibus instructi, collato simul Gjelatio-adini commentario nervoso, accurato studio curata fuit. Meminit qvoq; Tenzelius (m) *Dn. M. Acoluthi & Celeberrimi Jenensium Philologi Job. Andr. Danzii*, qvorum hic edere molitus est Alcoranum cum Latina interlineari versione, & nota Jobi Ludolfi & Andree Mulleri instructum; lucem autē an hæc editio jam adspexerit hactenus nos latet. Novissimè vero Paravii in fol. evolavit Ludov. Marracii quadraginta annorum opus, quod recensent *Lipsienses in Actu* (n) cuiusque titulum infra B. L. inveniet. Conf. & hic omnino *Languum.* (o)

(a) Ita enim in indice Hispan. Madris. Anno 1667. edit p. 765. lit. M. class. I. in indice innocentii XI. p. 5. & p. 179. & in indice Romano eodem anno edito p. 3. it. p. 54. ut & in aliis ejusmodi indicibus habetur: *Alcoranus Mubamedus Basilea impressus, sv. ex quaenunque alia editione, lingua & versione, cum prefatione Lutheri aut cum aliis impiorum prefationibus, aut sine illis interdicatur, ita ut nemine haberi possit.* Et sub Alexandro VII. decretum à S. Rom. Censo.

rum congregatiōne latum fuit, quo Alcoranus cujuscunq; impressionis & idiomatis proscriptus erat; (b) Vid. de hoc *Ximenes* circa libros Arabum, statuto illustr. Acad. Alcorina decus Dn. I.C. Wagenseit. (in qvem admodum injuriosum exercuit Larroquianus Adversariorum Sacrorum Libro I. p. m. 114.) in prefat. ad Tela ignea Sat. p. 13. & 49. (c) Anno 1699. p. 249. (d) In den Mvnglichen Unterredungen Anno 1692. p. 9 l. 8 sqq. [e] Uti refert Author Collegii Rom. S. Musei p. 10. (f) In prompt. p. 105. sqq. & in Bibliothec. quadrip. p. 31. 32. ubi meminit cujusdam Alcorani ante 500. minimum annos scripti (g) Libr. 1. Observat. cap. 76. (h) in Operibus suis studiō. Job. Leusdenii & Pet. de Vilemby. Lugd. Batav. 1692. editis, qvæ & recensentur in Acta Erudit. Anno 1693. mense Martho p. 857. (i) in prefat. Alcor. pramiss. lit. n. 1. (k) conf. Pfeifferum in Panoplia Mosaiica cap. VII. §. 1. (l) in sēp. a nobis citata Theol. Jud. & Mohamm. prefatione. (m) I.e. p. 917. & 922. (n) Anno 1699. p. 247. sqq. (o) in dissert. de Speciariis suis, conatribus variis, atque novissimis successibus doctorum quorundam Virorum in edendo Alcorano Arabicō. Aldorf. Ann. 1704. hab. (Cujus excerpta vid. in Novis Lit. German. T. 2. §. 308. sq.) ut & de Alcorani primā inter Europaos Editione Arabicā ibid. cod. anno hab. (cujus excerpta vid. I.e. p. 72. sq.)

§. X. Requirit jamjam tractandi methodus, ut ad Versiones Alcorani, huc usqve varias in lingvas confessatas, meditatio nostra dirigatur. Qvia verò, ut ex supra positis constat, magna inter Talmudem & Alcoranum offenditur convenientia, sic & non incongrue, ut de illius, ita de hujus Versione queritur: *An urgen-
da sit & suscipienda?* Turcæ, apud qvos, ut in Hoëlli epistolis Anglicè e-
ditis & alibi passim legitur, severissimè prohibitum, ne Coranus in
alias lingvas vertatur, (a) nec in suam facile convertunt lingvam,
sed ad ejus intelligentiam Lingvam Arabicam sibi perqvam fami-
liarē reddunt, qvid responsi sint laturi in propatulo est. Et B. D. Hin-
ckelmannus qvid de Versione Corani erudit monuit, ex eo observa-
vit Plur. Rev. Dominus Praeses; (b) nempè totius Arabicæ Literatu-
ræ fraudi & damno potius, qvam usui fore credidit, exemplisqve
comprobavit. Ast licet negandum non sit, studium Lingvæ Arabicæ,
Versione Alcorani, ut judicat Bibliander in *Apologia pro edi-
tione Alcorani*, qvi maximam alias in addiscenda illa lingva substi-
tuum præstare potest, cum nullus liber commodior sit rudibus
tyronibus, qvam Alcoranus, propter lectionem, cum vocales
aliosqve apices literis appositos habeat, qvibus alli Libri desti-
tuuntur, & propter observationem Grammatices, imminui, ta-
men

men solam hanc ob causam, versionem Alcorani omnem, non intermittendam esse, Eruditorum plurimi immo ipse B. Hinckelmanus, ut ex dicendis patebit, ipso facto, demonstrarunt. Translatum itaque est Alcorani sistema Arabicum, primò in Lingvam Persicam, sed multa, ut Marmaccius fatur, cum variatione, ita ut ab Arabicо notabiliter dissidere dicatur; quovsum referendum est Exemplar illud Alcorani Arabicum, cum versione interlinearī Persica sy. Turcica, quod inter MSSa Bibliothecæ Vindobonen-sis a Lambeio (c) recensetur, & prædicatur ut codex rarus, & in ipso Oriente inventu difficillimus, quæ exemplar, ubi Textui Arabicо Versio interlinearis Persica subjecta fuit etiam se vidisse Pfeifferum (d) testatur. Deinde Alcoranus varias in lingvas est translatus: Latinæ versiones a Pfeiffero duæ tantum memorantur, una, quæ antiquæ, altera quæ recentior audit, quibus vero jam addere possumus recentissimas. Antiqua Latina illa est, quæ seculo XII., vel ut Gebb. Theod. Meierus Theol. Helmst. ad. (e) contendit Sec. XIII. jussu Petri abbatis Cluniacensis a Petro quoddam Magistrō Toletano facta est. Petrum vero hunc Toletanum, cuius & Jos. Scaliger inter Alcorani interpretes mentionem alicubi facit, licet omnes alii, Alcorani versiones recensentes eum prætermiserint, hanc versionem adornasse, quæ alias & Henrico Dalmate, & Roberto Ketinensi (vel ut minus accuratè alii legunt Rezinensi) adscribitur, constare ait D. Nicolaus Antonius Hispanensis (f) ex codice quodam MSSto, qui apud Marsilium Ficinum fuit. Vidiisse vero codicem illum assertit Mirium Siruela m versionem Alcorani exhibentem, cui subnexa hæc verba: Illustri viro Petro Cluniacensi abbatे precipientе, suu Angligena Robertus Ketinensis Librum istum translatis A.C. 1143. sc. quæ statim excepint ista: Hunc librum fecit Dominus Petrus Cluniacensis Abbas trans ferti, de Arabicо in Latinum, a Petro Magistrō Toletano, cum esset ipse Abbas in Hispania constitutus, cum glorioso Adephonso, eo anno qz o gloriosum Imperator Coriam civitatem fecit. Quæ vero ultima verba, etsi suspicionem fecerint Siruela, fuisse olim, cum versione Roberti Ketinensis, compactum in eodem codice aliud quoddam opus, quod ex Arabicо in Latinam lingvam conversum fuerit a Pet. Toletano ejusdem Cluniacensis jussu, tamen Antonius optime hæcce concilias, sentient.

sentiens, duos forsan interpres Cluniensem Abbatem operi admovisse, qvod quam fieri poterat accuratissime translatum cupiebat. Recusa versio hæcce est opera Theod. Bibliandri anno sup. Seculi 50. Qvo calculo vero abs Eruditis notatur Erpenius apud Pfeifferum (g) & Illustris Jos. Scaliger, cuius judicium (h) hoc est: *DEum immortalē! quam inepta est Vulgaris illa quam habemus interpretatione? Nemo ex illa translatione speret se Alcoranū intelligere, nos edocent.* De recentiori vero Latina, qvæ ex Gallica Ryeri composta, nihil præter solam memorationem invenire licuit. Inter recentissimas autem Latinas Versiones, primas ratione erdinis tenet Zehendorf Scholē Cygne olim Rectorū, qvi integrum Coranum Latinè vertit, cuius MSSum Zwickavia habetur, qvod Hottingerus qvondam & vidit, & laudavit. Succedit opus illud Marracii supra memoratum, in qvo Alcorani textus universus, ex correctoribus Arabum exemplaribus descriptus, ac ex Arabico Idiomate in latinum est transpositus. De Versionibus Latinis Profess. Danzii & M. Acolubii ea qvæ s. præc. prolatæ sunt repetenda. Consideranda nunc venit Gallica Alcorani versio, quam adornavit Nobiliss. Dom. Andreas Ryer Toparcha in Maiezari qvi claruit Anno 1634. & scripsit, juxta Colomesium (i) præter hanc versionem, Grammaticam Turcicam Anno 1630 & 1633. in quarto. Confecta est hæc versio, ut Meierius notat, (k) Anno 1649 cum tamen Colomesius l.c. jam meminaret editionis cuiusdam in quarto Parisi, 1647. Novissima hujus versionis ea est editio, qvæ prodiit à La Haye Anno 1655. in duodecimo. Variis & hæc versio, qvā tamen accuratiorem qvondam non habuimus, quam & elegante scitamq; appellitat Illustris Wagenseilus (l) & Meierius l. c. præ omnibus aliis pro fideli habet, Eruditorum judicii est exposita: D. Dan. Henrici Lipsiensis qvondam Theologus (m) ita de ea loquitur: *Plus uia nonnunquam induget lingua elegantia, quam ipsius Textus curat genuinam versionem.* Et D. Jac. Windet: (n) solet nimilicenter interverttere, addere, demere. Italica etiam, opera Arrivabene extat versio, de qua vero idem judicium, qvod de *Latinā antiquā*, qvippe ex illa facta, passim tamen castrata, est ferendum, qvod & fecit Seldenus. (o) *Arabicā sv. Hispanicā cum Glossis Andreae Mauri ad fidem Christi conversi Wagenseil l.c. memorat.* Supereft Germanica Versio, quam ut apparet, ex Italica antiquā vel Latinā in publicum

publicum emisit *Satomon Schweigge* / Ecclesiastes Noribergensis, tribus constantem libris, quid vero de hacce tanquam leviculo modo Alcorani compendio, judicandum sit, *Hauckianus* (p) ostendit: Aliam *Germanicam* ex *Glossa ista Ryeri* confecit, eamque Thesauro Exoticorum subjecit Dominus *Happelius*. Hanc denique *Belgica Alcorani versio* ex ipsa *Schweigeriana* composita, est in seita. Præter has memoratas versiones jam adducendæ brevissime erunt *Versiones particulares*, sive qvarundam specialium Alcorani particularum. Aliqvot Alcorani *Suratas Versione Persia* interlineari illustratas se vidisse in MSto qvodam *Miscellaneo* à D. Joh. von Dale sibi oblato, *Hottingerus* (q) confitetur. Suratas qvoq; nonnullas priores vertit & notis Polyglottis illustravit *Thomas Broderus Bircherodus* vid. *Nova Literar. Marca Balicci* An. 1698. p. 143. Surat. II. translatam evulgavit *Ravius* (r) Surat. Solis Arabice & Latine edidit *Marmicius* (s) Surat. XII. & LXIV. *Erpenius*. Sur. XIV. & XV. *Joh. Nisselius*. Sur XIX. *Mariæ*, non ita pridem edidit cum versione nempe & notis *M. Seb. Gartfr. Starckius*. Sur. XXXI & LXI. *Golius*. LXXVIII. CI. CIII. *Zechendorfius*. Sur. XLVII. *Fabricius*. Sur. XXX. de imperio Romano & XLVIII. de Victoria *Beckius*. Sur. CXII. *Hottingerus*; qvarum plurimas *Pfeifferus* *Theologia sua iudaica* & *Mohammed*, appendicis loco subjecit Conf. & hic *Langium*. (t)

- (a) Qvæ etiam *Simonius* confirmare videtur in *responsione ad judicium Theologorum Batavorum a Clerico editum* p. 81, vid. etiam *Usserium* p. 261, de script. *Vernacula*, *Henning*, in *Muhamedan*, precante p. 567. (b) in *citatis Spicileg. de Talm. Babyl. diss. priori* §. 26. (c) *Lib. I. p. 168.* (d) *Theol. Fnd. p. 318.* (e) in *Hisb. Religg. p. 196.* (f) in *Bibliotheca Hispania Veteris Tom. II. p. 16.* quem *Tomum recentent Collect. At. Erud. An. 1697*, mense juliō. (g) *I. c. p. 317.* (h) in *Epist. 392. Jung. Sedenus de Synedriis p. 843.* & *Hirzelbeck* in *Summa controv. Relig. p. 79.* dicens: concinnatam esse hanc versionem, non ex Alcorano, sed ex ejus paraphrasibus, in cuius rei testimonium adducit notitum *D. Chytraum*. Præterea observat *Nic. Clenardum* transferendi qvoque Alcoranum in Latinum animatum habuisse, de quo & consulendum *Wagenstein*, in pref. ad *Tela Ign.* p. 47. (i) in *Gallia Orient. ap. 163.* (k) *I. e. p. 334.* (l) in prefat. modo citata p. 47. (m) in *diss. de judicium Hebraorum. p. 16.* (n) in *Lib. de statu Vitæ funditorum Conf. & Hotting.* in *Grammat. Chald.* p. 191, & de Auctore vide *judicium in Menagianis p. 366.* (o) *de Successoribus Lib. I. c. I.* (p) *deside & Legib. Mohammed. p. 63.* (q) in *Hisb. Or. p. 387.* (r) vid. *Catalogus Biblioth. Hinckelm. p. 83.* in den *Ungebundenen in quatuor. num. 140.* (s) vid. *Acta Erud. Anno 1692. p. 375.* (t) in *dissert. de Alcorani Versionibus va-*

riis tam Orientalibus quam Occidentalibus impressis & hæc enim à verbo eius
Aldorff. Ann. 1704. ventilat. Cujus excerpta vid. in Novis Lit. German.
T. 2. p. 395.

§. XI. Ad Historiam Literariam Alcorani, omnino & referendi sunt *Commentatores*, *Interpretes* & *Observatores* ejusdem. Cum tamen maximus eorum in Explicatione sit dissensus, Supremus apud Orientales Alcorani Interpres *Mapbi*, aut Turcarum ut alias appellatur Papa est, quem sequuntur *Caditescheri* Muhammedanæ superstitionis Doctores, & summi judices rerum forensium, hos alii excipiunt quos ordine *Danhaweras* (a) enumerat. Quales illi sint Alcorani interpretes, quos Oleario teste Muhammedani non humanis tantum, sed & divinis onerant honoribus, vide *est apud Lingium* (b). Intercommentaria vero scripta primo loco merito ponendus est *Liber Suna seu Traditiones Mohammædicæ*, quas ceu legem Turcæ exosculantur & *Meiero* (c) expresse Commentarius audit in Alcoranum. Cujus pretiosum aliquod exemplar, ex pugna illa de Anno 1683. acceptum, vidit D. Pfeiffer quemadmodum ipse testatur, (d) continet 103. libros, in quibus 5278. orales Traditiones, quæ in Alcorano non reperiuntur. De *Commentatoribus* autem hisce *Alcorani*, exactissime præ omnibus aliis nos informat, Celeberrimus, & a nobis hoc in negotio, jamjam sæpiissime citatus Philologus *Hortingerus* in *Promptuario suo*. (e) Qyoniam vero *Promptuarium* illud, non adeo vulgare est, ut omnium teratur manibus, *αε τοτε νησιν*, ex eo quæ hic facere evidenter, excerpemus. Distinguunt vero ille *Commentatores Alcorani* (I.) in eos qui jam in Europa eorum scriptis libris citantur; ut sunt (A.) explicatio *Alcorani Beidavi*, (qui a Möllerò (f) *Alcorani* vocatur Exegeta) quæ contractual videtur ex *Zamhaschario*, versatur autem (1) in ostendenda cohærentia textus plane insociabilis, (2) in tradendis originibus vel integratum Suratarum, vel partium singularum, (3) notandis variis lectionibus. Extat hæc explicatio in *Biblioteca Tigurina*. Titulus ejus vertente *Zechendorfio* (g) hic est: *Interpretatio Prefectorum sive Censorum Ecclesiasticorum, sive Literatorum sive Sacerdotum Padavi*; (alias *Beidavi*, ut nos legere solemus) (B) *Zambaschari*, vicinus DEI vocatus,

catus , qvod prope Meccam habitavit , commentatus est in Alcoranum sine exemplo . Opus enim aliquot Tomis absolutum conscripsit , qvod uno nomine Alchischapb i.e. Revelatio dicitur . (C) Muhamedia Ben Ahmed Comment. in Alc. qvem citat Seldenus (h). (D) Golius , ut supra etiam observatum , edidit Surat.LXI. Acie in scriptam cum Comment. Gelatodini interpretis celebris & recepti . (II.) in eos qui nominetenu sunt tantum sunt cogniti , boscque iterum subdividit . (N) In eos qui Alcoranum commentariis illustrarunt simpliciter , qvorumqve scriptis expressè nomen Explicatio præponitur qvale sunt : Ibn Gereri , Ibn Mondari , Ibn abbi Hatchen , Azzeddini fil. Abdassolomi , Abi Sandikadai , Emadini Sechavai , Abdolvahedi fil. Almoniri , Ben Alè Apbuei , Benhsjedini Cophite , Dirinai , Ismaelis fil. Ketiri , Katruet , Ilmeddini Balkinai , Ibi Nakibi , Abi Giasaru fabri ararii , Samini Halebensis . (D) in eos qui circulectioñem & uelut magis occupari maluerint e.g. (1) recordatio piorum , de lectionibus , (2) Liber cœlestis , de lectionibus , Abdolbabari . (3) Cippus , Themani Alphares . (4) Horus (Librinomen) de lectionibus , syntaxis Haseni fil. Muhamedia Bagdadensis . (5) Tractatus de lectionibus , Haseni Iranei . (7) Explanatio Lectionum Abdorrhamani Zaklei . (8) Correctio lectionum Abdon Monbemi . Ad horum etiam numerum , quantum nobis videtur , qvam maxime accedunt , eumqve augent Recensores sive Masoretæ Arabum , qvos inter præ aliis eminebant Celeberrimarum Academiarum Cufensis & Bazorensis Professores , qui vel diversas in Alcorano lectiones , in punctatione præsertim ubique obvias notarunt , qvorum nomina etiam recensente Hottingero (i) ad emendationum Alcorani exemplarium marginem celebrantur , & præ cœteris ex eorum numero notandi sunt , Assemus , Hamza , Kesera . Vel in eo diligentiam suam nobis commendarunt , qvod omnium Alcorani versuum , vocum & literarum numerum exacte computaverint , cuius & diligentia specimen citatō loco exhibit Hottingeru . (3) In eos qui commentaria aliorum vel contrarerunt , vel explicuerunt , e.g. (1) Vissera , medulla Keschaphi , Balkinai . (2) Vissera Keschaphi vicini DEI Bardaxi . (3) Keschaphus dimidiatus i.e. contractus Ibn Moniri . (4) Haschia Akmel , Eddini , Baberlei , super Keschaphum . Denique (7) in eos qui observationes , exercitationes , animadversiones in Alc. congeserunt , ut sunt : (3) Exercitationes Ceranica , qvæ extant in Bibliotheca Leidenſi (2)

Mar-



Margarita continua in Explicationem Alcorani Magni. (3) Judicia Corani Tacbavei. Præter adductas vero in Alcoranum, quosdam numerus est sat amplius, lucubrations, hinc inde autores quosdam adhuc citatos invenimus, huc utique referendos. Sic e. g. Hoornbeckus (k) meminit *commentatoria Alcorani Turcici*, nomine Tofrans Joabir. Hottingerus Abunazarum (1) *Explicationem fragmenti* (sunt enim Sur. XX) *Alcoraniis Kaballisticam sive Magicam* (m) producit. Item p. 59. de parapbrasi quadam Persica in Alcoranum, quâ Cl. Golius instructus fuit, verba facit. Denique in Actis Erudit Lipsi. (n) *Speculationis* cuiusdam Arabicæ in Alcoranum mentio occurrit.

(a) *Diff. de Eccles. Muhamed.* p. 54. sqq. b) *De Fab. Mohham.* p. 40. (c) in *Hist. Religg.* p. 333. conf. & *de Sunna*, cuius auctor allegatur Idaku Hottinger, in *H. E. Sec. XV. c. 11. f. 2.* p. 655. & Hoffmann in *umbra in luce* p. 33. (d) in *Pansophia Mosaica* c. 3. § 2. p. 162. (e) p. 155. sqq. (f) in *Homonymoë* p. 252. (g) vid. *Langius de Fab. Mohham.* p. 55. (h) in *Lib. de Fure Nat. & Gentium.* vid. *præ-
audire* c. p. 428. 610. (i) in *Thesauro Philologico.* p. 41. (k) in *Summa Cont. Relig.* p. 80. (l) in *Hist. Or. passim.* [m] H. O. p. 287. (n) anno 1688. p. 218.

§. XII. Restat ultimo loco, ut paucis dicamus de *Refutatoribus Alcorani*. Refutari vero incepit hic liber non tantum novissimis hisce temporibus, sed jam plurima ante secula refutatum invenimus. Sic enim antiquos quosdam scriptores, contra Muhamedis fidem Græco-Latinos exhibet *Le Moyne*. (a) *Raymundus Martin.* Seculi XIII. Scriptor scripsit *summam contra Alcoranum Saracenorum*, quæ tamen juxta *Gvili. Cave*, (*) interiisse videntur. Et Monachus quidem Dominicanus, nomine *Reichard*, ferme ante tria jam secula demortuus, & in *Babylonia* literis Arabicis operam navans, refutationem Alcorani in se suscepit, ut videre est apud *B. Lutherum*. (b) Imo anno 1540. alius Monachus Carthusianus *Dionysius van Ridel* ejus refutationem composuit, (c) cui plane coæva est *Job. Cantacuzeni Regis C Polstani Christiana & Orthodoxa assertio contra Mohematicam fidem, græcè conscripta*, latinitate donata a *Rudolpho Gualtero Tigurino Basil.* 1543. in fol. Hos in seqvuntur *Job. Andreæ Confusio Sectæ Mohammedanæ*. *Job. Galensis, Angli, Tr. de Muhamedis vita & doctrina. Widmanstadii note ad Theologiam Muhamedis & Alcorani Epitomen*, *Phil. Guadagnoli Apologia pro Christiana Religione contra Ahmed Persam*. (d) *P. Nau refutatio Alcorani per Alcoranum*. *D. Henrici Leuchters Alcoranus Muhamedus, Cornelii Uythagii Anti-Christus Muhamedus*.

tis, Petri Holmii *Confederatio Theol. g. e. Muhammedis*. Et Per. Abbas Cluniaensis dicitur *Summulam brevem* scripsisse contra hæreses & sectam Diabolice fraudis Saracenorum sive Ismaelitarum Muhammedem sectantium. (e) Qvorum omnium agmen merito claudit Lud. Marracci *tum Proaromus refutationis Alcorani*, licet illi inepta qvædam & ridicula inseruerit, ut sunt illa de Miraculis Ecclesiæ Romanæ, qvæ vero illi, ut Romanæ Ecclesiæ addictissimo Socio fortè minus virtus verti debent; cum *Refutatio ipsa*, supra jam a nobis indigitata, qvæ prodiit Ann. 1698. Patavii in fol. hoc titulō: *Alcorani Textus universus, ex corectioribus Arabum exemplaribus descriptus, ac ex Arabicō idiomate in Latinum translatus; appositū unicuique capiti Notis atq[ue] Refutatione. Recensent hanc refutationem Dnn. Lipsiensis in Actu* (f) Vide etiā Henr. Morum (g) qvi ex Job. Andrea confusione Sect. Muhammedicæ miracula qvædam impostoris refert & visiones, easq[ue] examinat. Et Hornbeikium (h) ut & Job. Forbes a Corse (i) Coeterum qvi de Alcorani fideique Muhammedicæ Refutatoribus plura desiderat, evolvere si placet, potest Dr. Henr. Mußlum (k) Wagenseilium (l) Gisbernum Voëtium (m) & Severin. Walther Slüter (n)

(*) In H. L. p. 514. (a) In variis Sacris P. I. & qvidem Bartholomei Edessensi *confutacionem Ha- garen* p. 303. sqq. & aliud adhuc scriptum contra Muhamed. p. 429. sqq. (b) Tom. VIII. *Genesi* fol. 2. Hans Richardi *refutationem Demetrius Cydonius* in grecam deinceps transtulit Lingvā. Qvæ versio numeratur inter MS Sta. Bibliotheca Cesarea à Theol. Spizelio in *Nova accessione ad Maderum de Bibliothecis* p. 185. (c) Vid. Schweiger in pref. Versioni sua premissa. (d) hanc maxime commendat Hack- span, ad Nizzachon p. 257. & 343. (e) Vid. Job. Forbes a Corse in *Instr. His- torie-Theolog.* L. 4. o. 3. n. 9. p. 177. (f) *Anno 1699.* p. 247. (g) Opp. Theol. p. 164. (h) in *Summ. Controv. Relig.* p. 81. sq. (i) in *Instruct. Hisp. Theol. Lib. 4. c. 4.* p. 178. sqq. (k) In *Apologia Talmudis*, ubi eos qui perstringendis, denudandisq[ue] Alcorani fabulis vel Latino Gallicoce sermone, jam olim invigilarunt, sigillatum ac ordine produxit. (l) In prefat. ad *Tela ignea Sarana* p. 46. sq. (m) In *Bibliotheca Studiois Theol. Lib. II. c. 5.* p. 709. sq. conf. & Act. Erud. anni 1691. p. 319. ubi qui contra Muhammedanam religionem, & Alcoranum stylo certaverint ordine ex Marraccio referuntur. (n) In *Propylæo* Sect. 2. p. 223. sq.

§. XIII. Et sic B. L. id qvod propositum erat, est dispositum, spicæ sunt collectæ; sin verò hac in collectione qvippiam sit ap- posatum, spicis minus coveniens, expetimus Censorem, animo secum hoc revolventem: *Errare homini est.* Sin verò videbimur qvædam omisisse, consideret quisquis lecturus erit, *Spicilegium*, non ac- curatam nos instituisse messem. Tibi interea *Summe DEUS* pro con- cessâ tuâ *Gratiâ*

SIT SOLI GLORIA.

G

DISPUTAT.



DISPUTATIO POSTERIOR

DE
JUDÆORUM & MOHAMMEDANORUM
CHIBBUT HAKKEBHER
i.e. PERCUSSIONE SEPULCHRALI.

Vulgo: Von denen Schlägen im Grabe.
Qvod Veritas Infinita dirigat!

P R O L O G U S.

Aximam esse convenientiam placitorum *Judæorum* & *Muhamedanorum* facile concedunt omnes, qui utriusque gentis mysteria aliquantulum penitus perscrutantur. Ostendit id in evidenteribus quibusdam capitibus B. D.N. D. August. Pfeifferus in *Theologia Judaica atque Muhamedica* in dedicat. & Theodoric. Hackspan in Tr. de usi librorum Rabbin. Lipmanni Nazarenus annexo cap. 3. p. 486. 199. Hottinger in Histor. Eccles. Tom. I. p. m. 399. sgg. Addit Edoard. Pococke, in Specim. Arab. p. 309. 199. & Not. Miscellan. ad Portam Mosis c. 9. p. 369. sgg. qui harmoniā quoque in ritibus plerisque querit, licet non semper eodem modo observatis. Possemus his ex modo laudatis Auctoriibus adductis exemplis & plura adhuc alia addere, conferentes *Judæorum* *Talmud* cum *Muhamedanorum* *Alcorano* & *Suna*, aliaque *Judæorum* scripta cum *Muhamedanis*, si prolixiores telas necesse instituti ferret ratio. Si querendas hujus harmoniæ causam, in aprico illa est. Cum constet, & *Judæos* nonnullos impostori illi *Muhamedi* à consiliis fuisse, cum novam illam suam, eamque detestandam religionem pudere inciperet. Inter quos *Auctor Confutationis Muhamedie*, qui exhibetur à Stephano le Moyne in *Varia Sacra* p. 450. refert quoque Phineen, & *Audi*am, qui vocabatur *Salon*, qui hic socias manus *Muhamedi* tradididerunt. Hi procul dubio ineptias suas non celarunt; sed potius easdem in seductionem aliorum fideliter communicarunt. Specimen quoddam Harmoniæ hujus *Judaicæ* ac *Muhamedicæ* hoc ipso specimine Academico damus. Qui labor ut FELICITER succederet, ante omnia Eternum imploramus Numen, ut Gratia tua adesse nobis velit, sic omnia vergant in sui Nomina gloriam, vanitatis demonstrationem & Veritatis promotionem.

Morgenländischen
Gesellschaft

CON-

CONSPECTUS.

- I. Dispescitur tota disputatio in Onomatologiam & Pragmatologiam.
- II. In Onomatologia considerandæ promittuntur voces (1) extra compositionem (2) intra compositionem.
- III. Extra compositionem consideratur (a) vox Chibbut ratione radicie, qua est Chabbat, de qua quedam annotantur.
- IV. Fustigationis distinctio.
- V. (b) VenKebber ratione Etymol. & homon.
- VI. Considerantur breviter voces intra compositionem.
- VII. Pragmatologia in duo momenta dispescitur.
- VIII. Incipitur ab existentia, sive quod hoc dogma ab utraq. parte credatur, ostenditur (a) ex scriptis Iudeorum.
- IX. (b) Ex scriptis Muhammadanorum.
- X. Describitur dogma ex mente Iudeorum.
- XI. Idem tentatur ex Muhammadano.
- XII. Ex quibus omnibus jam ulterius evolvitur (a) subjectum patiens.
- XIII. Differentia qualium Muhammadanorum ratione hujus subjetti indicatur.
- XIV. (b) Subjectum agens, quod est Angelus moris, de quo varia observantur, pariter ex Iudeorum.
- XV. Partim ex Muhammadanorum scriptis.
- XVI. (c) Processus hujus plaga.
- XVII. Gravitas hujus plaga ex precibus Iudeorum ac amuletis adversus eandem offendit.
- XVIII. Judicium de hac sententia adjicitur (a) illam regiendo.
- XIX. (b) In originem, vel occasionem invirendo.
- XX. (c) Balthasar Bekkers objectionem ex hac opinione regiendo.

§. I.

Dispescimus totam hanc Dissertationem in duo primaria momenta, quorum prius Onomatologiam, Posterius Pragmatologiam substrati thematis exhibebit.

§. II. In Onomatologia considerandæ erunt voces, & quidem (1) extra compositionem. (2) intra compositionem.

§. III. Extra compositionem occurrit (1) vocabulum חַבִּיט qvod est à Rad. Ebraica חַבֵּם excusit, decussit. Occurrit in S. Codice de tritico, qvod excusit Gideon Jud. VI, 11. Luth. Er drasch Weizzen. Qvo de loco controvertitur inter Philologos, qvomodo nimirum conciliandus cum more veterum Hebræorum, qvo segetes non excutiebantur flagellis, qvemadmodum infirmiora semina ita excutiebantur, puta melanthium, cuminum &c. qvemadmodum vocabulum hoc occurrit Jes. XXVII, 27. Sed potius exterebantur anguli boum & tribula. De qvo prolixè B. Dn. D. August. Pfeiffer. (1) Dn. Matthias Frid. Beckius (2) Fillerus (3) aliique. Hinc Seb. Münsterus (4) vult, verbum חַבְתָּה הַכְּרָתָה propositum esse pro שְׁרָב qvod alias jumentis siebat. Verum probabilior videtur conjectura R. Jeschaja (5) qui ita conjectura חַבְתָּה כְּרָתָה מִעֲט כִּי חֹרֶן יְזַעַת לְחֻבּוֹת הַכְּרָתָה curiebat (bacillo scilicet) paululum, quia metuebat (Midianitas scil.) si que non poterat

poterat omnia simul. Sensus ergo hic erit, *Gideonem* pauca quædam duntaxat bacillo quodam excussisse, cum præ metu omnia more aliàs consveto triturari non possent. Eodem sensu occurrit quoq; idem vocabulum de *excusione olivarum*, quæ nimis ut olivæ caderent, oleæ solebant baculo percuti. Quemadmodum occurrit *Dout.* XXIV. 20. Conf. R. Dav. Kimhi (6) & Drusum. (7) Deinde verbum חַבֵּט apud Rabbinos quoq; idem significat ac prostrernere se primum in terram, in *Piel* dejucre &c. Sic in *Schemoth Rabba* (8) לְקָרְבָּן prostravit eos in terram &c. Vid. Buxtorf. (9) Aliàs etiam percussione denotat quæcumque *Esh. VI. 1.* Hoc loco sumitur pro percussione quædam, quæ fit baculo vel *virga* vel alio instrumento.

(1) in *Antiquitas Ebr.* Sel. c. 19. p. 139. sqq. (2) in *Not. ad paraphras. Chald.* Libr. 1. Chron. à seprimum edit. ad ep. XX. 5. p. 209. sqq. (3) in *Miscellæn. libr.* 6. e. 12. Tom. 7. *Criticorum sacrorum* p. 293. sqq. Ed. t. Frankfurt. (4) in *Judic.* VI. II. Tom. I. *Critic.* p. 1994. (5) in *Comment. in Judic.* loc. cit. qui habetur in *Biblio* à Buxtorff. edit. fol. 270. col. 1. (6) in *Comment. super. Judic.* VI. II. qui itidem habetur in *Biblio* Buxtorff. l. c. Quæ & allegat. R. Selemo. Ben Melech, in *Machl. Sophi ad Judic.* l. c. p. 14. col. 4. (7) in *Comment. ad. Judic.* VI. II. Tom. I. Crit. p. 1998. (8) Sel. I. (9) in *Lexic. Talmud.* in hac Rad. p. 697.

§. IV. Percussio aliàs apud Hebræos erat duplex, altera vocabatur flagellatio, quo etiam refertur flagellatio 39. plagarum. Altera vocabatur fustigatio, quæ extra Palæstinam irrogari solita, observante B. Pfeiffero. (10) Quæ tamen generale hoc habebant vocabulum מִכּוֹת de quibus prolixè egere Seldenus (11) & Rob. Sheringham. (12) Præsens vero vocabulum חַבּוֹת de dupli i potissimum percussione apud Hebræos occurtere animadvertisimus: (1) pro tali percussione, quæ ramos palmarum (מְכוֹן communiter siebant loris bubulis) afferebant, & excutiebant meritos in terra ad latera altaris, qui dies vocabatur יְהוּנָה חַבּוֹת dies excusione ramorum. Conf. Buxtorf. (13) (2) occurrit pro percussione quædam in sepulchro facta ab Angelo mortis. Et de hæc posterior, hac vice loquimur.

(10) In *Antiquit. Sel. cap.* 2. p. 25. sqq. (11) in *tractatus de Synedriis* lib. 2. c. 13. p. 895. sqq. (12) in *Annot. ad Tr. Joma c. 5. §. 4. q. 17.* edit. Franckær. (13) in *Lexico Talm.* p. 698.

§. V. Seqvitur (II) alterum vocabulum, quod est קְרָב significans sepulchrum à Rad קְרָב sepelivit, qui ibi sepeliuntur corpora defunctorum. Apud Rabbinos significat interdum etiam uterum mulierem, quia aliquando est sepulchrum infantis, qui in utero moritur. Inde aliquando קְרָב Quamdiu uterua aperius est, scil. in partu, tunc licet administrare necessaria ad partum in Sabbatho sine metu violationis Sabbathi. Conf.

CHIBBUT HAKKEBHER.

53

Conf Buxtorf. (14) Anobis sumitur hoc loco vocabulum in *prætori* significatione

(14) In Lexico Talmud. in voce קבר p. 396. s. 99.

§. VI. Ex hisce jam facile patebit, qvid intra compositionem sit נבְתַּת הַכָּבֵר nempe idem ac percussio quædam, quæ fit in sepulchro. Quæ voces intra compositionem, & quidem quantum Ebraicum idiomam concernit, num & in aliis significationibus, alioque usu occurrant? non memini. Apud Latinos & Germanos alias percussio in sepulchro sumitur pro actione quadam Diaboli, quæ in sepulchris motum vel sonum quendam excitat, ad terrendum homines. Quemadmodum ita e.g. Fama est, *Lutetia* istiusmodi quædam percussionem audiri, ceu præfigium morituri alicujus Canonici, & quidem in æde Cathedrali in sepulchro Rabundi. Quæ percussio nunc sit in locum rosæ illius albæ, quæ olim in sellâ Canonici in templo reperta præfigium instantis mortis eiusdem Canonici fertur fuisse. Sed de tali præfiga percussione hac vice non loquimur; sed de percussione sepulchrali ex mente Judæorum & Muhammadanorum, quam mox ulterius explicabimus. Vocabatur à Latinis quæque fūsīgatiō sepulchralis, item tormentum sepulchrale. Germani vocant: *Schlüge im Grabe*.

§. VII. Ab *Onomarologia* pergitus ad *Pragmatologiam*, in qua (1) ex mente Judæorum dogma hoc describendum, & (2) judicium de eodem breviter adjiciendum.

§. VIII. Anteqvam describamus *Chibbut Hakkebber*, certi debemus esse, an etiam tale quid statuatur à Judæis, & Muhammadanis? Patebit id ex scriptis utriusque gentis. Et quidem, quantum Judæos attinet, tum expressè *Chibbut Hakkebber* refertur à R. Gedalia (15) inter septem illas plagas, quas vulgo credunt, quarum prima est ipsa animæ & corporis separatio, de qua (16) narratur, quod si Judæi deprecati non fuissent, miserrimum hunc corporis & animæ ululatum ab uno termino mundi usque ad alterum exaudiri potuisse. Secunda plaga est, quando corpus ad sepulchrum transfertur. Tertia, quando corpus in sepulchrum injicitur, tunc enim congregare se omnia ejus opera, circumdantia ipsum utrinque, & clamare ac vociferari: *Hic homo omnia haec opera in vita sua peregit*. Cumque omnes demortui clamorem hunc audiant, apparere eosdem coram defuncto illo, contemplantes hæc ipsius opera; si mala sunt dicere: *Væ homini huic Belialitico!* Si vero bona, excipere eosdem hominem illum, sicutumque

63

כִּי



— ipsi apparet. Si autem fuerit Rabbi, & alterius Rabbi verba explicaverit, tum eundem illum Rabbi ipsi occurrere, comiterque ipsum excipere, coram Angelis eum sistere, orando, ut gratiam ipsi exhibeant, cumque homine una se coram DEO sistant, & pro eodem intercedant. Quarta plaga est, quando jam in sepulchro jacet, & est illud Chibbut, de quo hac vice disputamus. Quinta est à vermis. Sextam sustinet in purgatorio. Septima est, quod Spiritus ejus ab animalibus Paradisi hinc illincque pellatur, ut nusquam locum, quo quiescat, inveniat. Idem & adhuc ex aliis Iudaorum scriptis mox citandis corroborari poterit. Imo integros libros de hac plaga scripsisse Iudeos, testatur Erid. Albert. Christiani (17.)

[15] In Schalscheleth Hakkebala fol. 85. (16) in Tr. Tomafol. 20. (17) in Analect. Jud. MSS. cap. de Chibbut.

§. IX. Ita & Muhammadanos tale quid statuere, itidem ipsorum scripta passim testantur. Evidem Cl Dn. Henning. Hennigius (*) solis Persi saltem hoc dogma tribuit. Attamen & in eorum reperitur scriptis, quæ & à reliquis recipiuntur. Ita enim Algazelus (18) apud Ludov. Marraccium (19.) scribit :

وَنَّ يَوْمَنْ بَعْدَ أَبْ وَجْهَ عَلَيِ الْمُسْكَنِ وَالرُّوحُ عَلَيْهِ مَا يَشَاءُ
الْقُرْنَ وَأَنْجَدْ قَوْدَكَةً وَجَلَ عَلَيِ الْمُسْكَنِ وَالرُّوحُ عَلَيْهِ مَا يَشَاءُ
i.e. credere oportet in tormentum sepulchri, & hoc esse debitum & iudicium & justitiam erga corpus & animam pro eo, quod voluerit Deus. Refertur huc quodque merito à Marracio (20) locus ex ipso Alcomino (21) ubi ita :
وَلَوْتَرِي أَذْ يَنْتَفِي النَّبِيُّ كَعْوَرُوا الْمَلَائِكَةَ يَنْتَفِي بَوْرَوْ وَجْهَهُ
وَأَنْجَارَهُمْ وَنَوْقَوْ عَذَابَ الْحَرِيفِ * ذَاكَ بَهَا قَدْ مَنْ أَيْدِيَهُ
Quod Sieur du Ryer (22) ita vertit : Tu as vu les Anges, qui ont fait mourir les infidèles ils les ont battus par devant & par derrière & leur ont dire Genez les tourments du feu, que vous avez merite. Vel latine ita : Et o si videres, quando Angeli tradunt morti infideles. Percutient facies eorum, & dorso eorum (& dicunt iis :) Gustare panam combustionis, que vobis debetur ob peccata vestra praterita. Ita & Maadus filius Giabale interroganti de damnatorum loco apud Autorem subtilitatum respondet : Anima improborum Moslemanorum excruciantur in sepulchro, citante Abrab. Ecchellensi. (23) Confr. hic Edoard. Pocoocke. (24) Idem Gabriel Sionita (25) ex auctore Arabico Jacob Ben Sidi Ali refert his verbis : credunt (nempe Musulmāni) etiam sepulchrorum supplicium. Nam solent sep̄ mortui cruciari in sepulchris suis, ut factum est in quoddam sepulchro, quod est int̄ Meccā & Medina.

(*) In

CHIBBUT HAKKEBHER.

٦٤

ةَرْجِمَةُ حَقْبَلٍ أَهْلَ الْأَسْدِ
 (*) in Muhammedan. precant. p. m. III. (18) in السُّنَّةِ
 i. e. expositione professionis fidei Sonnitarum. (19) in Prodromo re-jutat. alcoran. Pre 3. p.
 568. (20) l. c. Part. q. p. 615. (21) nempe ex Syriac. 8. v. 52. p. 162. Edit. Hinckelmann. (22)
 in l' Alcoran de Mahomet traduit d' Arabe en Francois p. 143. (23) in Histor. Arab. (qua
 Corpori Byzantino annumerata) Part. I. c. 18. p. 243. Edit. Reg. Paris. (24) in notis ad
 Portam Mosis p. 241. sqq. (25) de uribus & Moribus Orient. c. 14. p. 77.

S. X. Describitur jam hoc Chibbut Hakkebber à Judæis, interprete R. Elia Germano (26) ita: כהוב במדרשי רבי יצחק בן פרנקן ר' פָרְנַקְן שאלו לו תלמידיו ארץ רבי אליעזר כ cedar ר' יוחנן חכום הקבר אמר להב כיוון שנפטר ארם מן העולם בא מלאך המות יושב על קברו מיר נכנסה נשחתו בגוף ומעטיו על רגלו וככל עד אמר רבי יוחשע בן לוי ובכירו שלשלת תץיר של ברול והצירה של אש ומחרן אותו בעט ראשונה אבריו מתפרקין שנירית עצמותיו מפזריות ובאים מלכים ומקצחים אותם ומכחיהם אותו בעט שלישיות, ונעשה עפר ואפר ומחוזו לקברו וכו' עד אמר ר' פאייר קשוח ר' יוחנן חכום הקבר סדרוני ש' גהנמ שאמילו צרויקים גטוריים ווונקי שדים ונפיים נרוכו בו חז' מי שטח בעובד ש' שבת וחדר בארץ ישראלי וכולוי עיון ש' i.e. ex versione Pauli Fagii: Scribitur in Midrash Rabbi Isaac, Filius Parnach: interrogaverunt discipuli ipsum Rabbi Eliezer, quomodo se habeat ritus Chibbut Hakkebber? Respondit eis: Postquam separatus est homo ab hoc seculo, venit Angelus mortis, sedet super sepulchrum ejus. Statim intrat anima ejus in corpus ejus, et facit illum stare super pedes suos etc. Donee dixit R. Jacob benah Filius Levi. Et in manu ejus est (inquit) catena, cuius media pars est ferrea, et altera ignea, quæ verberat (ipsum hominem). Et prima vice dissoluntur membra ejus. Altera vice ossa ejus dissipantur, cum venient Aogeli et colligunt ea. Quid ubi servita vice ipsius percussit, redigitur in pulverem et cinerem, et reddit in sepulchrum suum etc. Donec dixit R. Meir, gravius iras est judicium Chibbut Hakkebber iudicio Gehemmae, quoniam etiam qui plane justi sunt, et filii Principum, et abortivi eo iudicantur, excepto eo, qui moritur in vespera Sabbati, et qui moritur in terra Israël etc. vide ibi. Eodem modo idem illud ex prænominato Elia referunt quoque Christ. Gerson Convers. Jud. (27) Et Buxtorff. (28)

(26) in Thubbi voce Chibbut p. 106. sq. Edit. Isnenfis edit. A. 1541. (27) im Talmudischen Thalmud pars. I. c. 36. p. 312. (28) in Synagog. Jud. c. 49. p. 713. sqq. et in Lex. Talm. Rad. Chabbat. p. 698.

S. XI. A Muhammedanis interprete Algazelo (29) ita describitur سوال منکس ونکس وھا شخمان مھمان هایلان یقعد العهد



العن في قبره سوياناً صرخ وحمد في ملائكة الموتى والرسالة
ويقولان له من ذي وما ذي ذي وهم نبئ وعانيا فنانا القبور
وهو الدهرا أول فتنه يجه الموتاء i.e. Examen faciendum à Monker
& Nakir, que sunt due terribiles & horrendæ aspectu personæ, que hominem in
sepulchro suo erectum statuunt anima & corpore præditum, atq; interrogabunt
eum de unitate DEI & legatione Prophetæ dicentes: Quis est Dominus tuus?
Et quæ est religio tua? Et quis est Prophetæ tuus? Et ambo explorabunt sepul-
chrum, & interrogatio eorum erit primum examen post mortem faciendum. In-
terprete Marmacio. (29) Sr. de Moni, (31) qui est Richardus Simon ita mo-
dum hunc de scribit: ils reconnoissent encor un jugement particulier, qu'ils
appellent le tourment du sepulchre; & ce jugement, selon leur opinion se fait de
la sorte. Aussi telle que quelqu'un est mort & enterré, deux des plus grands An-
ges, dont l'un se nomme Munzir, & l'autre Nekir, viennent interroger le mort,
en lui demandant quelle est sa créance, à l'égard de Dieu & du Prophète, de la
Loi & du Kiblé, c'est à dire de coté qu'il faut se tourner pour prier Dieu. Les
justes doivent alors répondre, Notre Dieu est celui, qui a créé toutes choses, nô-
tre Foi est la Foi Musulmane ou orthodoxe; & la véritable adresse, de nos prie-
res est la Kaaba. Les infidèles au contraire ne sachant que répondre, sont con-
damnés à souffrir de grandes peines. Conf. & Pocooke. (32) Eadem & ad
scopum suum obtinendum, in Compendio Balhaf. Bekker (33) re-
censet. Conf. & ex Olearii Itinerar. Persico dogma hoc referentem
Henning. (*)

(29) In Exposit. professionis fid. Sonnitar. (30) in Prodröm. ad refut. Alcor. Part. 3. p.
867. (31) in Histoire Critique de la creance & des Coutumes des Nations du levant p.
170. (32) in notis ad Portam Mosis l.c. (33) in der bezauberten Welt l.1. c. 14. §. 10. p. 75.
(*) in Muhammedan. precant. p. III. sq.

S. XII. Ex quibus videmus, quod subiectum patiens heic sit corpus
& anima, quam in sepulchro ad corpus iterum redire statuunt, ut se
erigere & loqui cum Angelo mortis queat. Non enim volunt, animam
statim ad locum suum pervenire; sed variis in locis circumire. Vi-
de de Iudaïshoc statuentibus Tr. Berachot (34) Schabbath (35) ac Taa-
nith, (36) Buxtorff. (37) & Hoornbeck. (38) Quid idem quoque Mu-
hammedani statuunt. Cujus opinionis adstructorem fuisse Abubari-
ram, testatur Author libri subtilatum, apud Abrab. Eccellensem (39) h.
m. interroganti de loco animarum post separationem ex corporibus, ita respon-
dit Abubaram: Cum quis moritur, circuit ejus anima circa eum dominum, uno
mense, videlicet, baredet, quæ ratione sua dividunt bona, et alienum solvant, exe-
quuntur

quoniam testamentum. Elapsus autem mense ad suam reducitur foream, suumque circumit sepulchrum per annum integrum, ut videat, quis pro se fundit preces, quibus concrispatur. Anne exacto adduitur defuncti illius anima ad illum locum, in quo seruantur anime usq; ad illum diem, quo buccina resurrectionis sonabit. Et quomodo animæ singulis feriæ sextæ diebus in hunc veniant mundum, & ante suorum fores stent, mœstaq; voce clamant: O consanguinei! o Filii! o Parentes! o Domestici nostri! o proximi! miseratione moreamini super nos, nec nostri obliviscamini, precibus adesse nobis, elemosynis opem ferte, suffragis auxiliamini, ut forte misereatur nobis Deus, in equam frivit, ut nos, idem Eccellenſis (40) refert. Adeoq; non impossibile esse statuunt, hâc ratione etiam heic animam cum corpore redundiri posse, hancque fustigationem sustinere. Corpus vero, si forte sit combustum, aut à feris devoratum, juxta Iudeorum & Muhamedanorum hypothesin, debet redintegrari in aliquo sepulchro, ut ibi hoc tormentum fiat. Conf. & Marraccium (41) & Pocoock (*).

(34) Cap. 3. (35) fol. 152. (36) fol. 23. (37) in Synagog. Jud. c. 49. p. 718. (38) in Tr. de convincend. Jud. l. 8. c. 2. p. 538. (39) in Histor. Arab. Chronico Oriens, annex Part. I. c. 18. p. 243. Edit. cit. (40) l. c. c. 15. p. 233. (41) l. c. Part. q. p. 615. (*) l. c. p. 243. sq.

§. XIII. Est tamen hic aliqua differentia inter Iudeos & Muhamedanos: Hi referunt huc potissimum subjecta infidelium & fideliū promiscuè. Sic enim de fidelibus Zamboasterius ex auctoritate Albari filii Azeb.

لَمْ يَعُودْ إِلَيْهِ الْمَوْتُ وَلَمْ يَكُنْ مَرْجُونَ إِلَيْهِ الْمَوْتُ
مَوْتٌ إِلَيْهِ مَوْتٌ وَمَا يَمْلِئُ الْأَرْضَ إِلَّا قَمَرٌ *
i.e. vertente Marraccio (42) Legatus DEI Mabomedus dixit, animam Fidelia egressam è corpore in Morte (malim verti: in sepulcro) iterum in illud regressuram esse, & venturos duos Angelos, qui sedebunt juxta eum in sepulcro. Iudei vero hic nonnullos excipiunt, & quidem (1) qui moriuntur in vespera Sabbathi. (2) Qui moriuntur in terra Canaan. Hos enim præ aliis mortuis speciale quid habere putant, ita, ut etiam die extremo primi sint inter resurgententes, cum reliqui extra terram Israelis mortui per occulta foramina, & cavernas terræ, tamdiu debeat voluntari, donec ad hanc terram perveniant, quo ipso demum sunt resurrecturi. Conf. Gvil. Hirn. Vorß. (43) (3) Excipiunt quoq; ab hac plaga sepulchrali suos Pietistas. Sic enim in Libro Chasidim apud Buxtorf. (44) legimus: Is, qui multas elemosynas distribuit, qui disciplina & continentia amans est, qui libenter, & ex animo benefacit, peregrinos cibas,

Præque accentione preces concipit, quamvis extra terram Canaan habueret, ab illis & plagiis sepulchri immunita est, & tunc à Chibbut Hakkebher.

(42) l. c. p. 616. (43) in Animadvers. ad Pirke Eliezer, que Zemash David annellantur p. 216. (44) in Synagog. Jud. c. 49. p. 714.

S. XIV. Subjectum agens sive fustigans in sepulchro à Iudeis vocatur Angelus mortis. Habent enim Judæi varias angelorum classes, de quibus prolixissime Julius Bartoloccius (45) & Hoornbeckius. (46) Conf. & Anton. Cregut. (47) & Gerson. (48) Ad malos referunt hunc quoque, quem Angelum mortis vocant. De quo varia fabulantur Rabbini. Nonnulli illum putant creatum esse secundo die (49) quia dicitur Gen. I. v. 2. & tenebra erant super faciem abyssi. Hunc esse Angelum mortis, qui obfuscat & tenebrosos reddit oculos creaturatum. Alii generatum esse volunt, & quidem à Lilith & ab Adamo. (50) Alii Caino ejus ortum adscribunt. (51) Alii alios natales fingunt. Vocant illum quoque Primogenitum Mortis ex Job. 18. v. 13. Vid. Stephan. Le Moyne sive Monachius. (52) Item רוח נסיך רוח מרים. Item רוח נסיך רוח מרים. Ab aliis vocatur Sammael. Vid. Gerson (53) & fuisse illum, qui Protoplastos fecerit, eumque vectum colubro, camelis speciem ferente. Alii Metatron vocant. Alii putant Azazelum fuisse Angelum mortis, ut ex Mercero & Spencero notat Jo. Vander Waeyen. (54) Alii alia nomina ipsi tribuunt. Vid. Sam. Coccus (55) Hujus Angeli jam varia circa moribundos recensentur officia. Primum est ipsis annunciare mortem, nominatim compellare, & quasi citare. De quo in Rabborb (56) sequens habetur fabula, in qua ipse Angelus mortis introducitur de suo officio testari h. m.

רֶשֶׁת בְּן חַלְפָתָא שְׁהֵי בְּתוֹחַ עַל כְּחוֹוִיצָא לו
בְּחַזִי וְלִילָה לִילָה לְעַרוֹ מַצָּא שֵׁם מֶלֶא הַמֶּן כְּרוֹד וְרָאָתָה
אוֹתוֹ מְשׁוֹנֵה אָמַר לוֹ מֵאֲתָה אָמַר לוֹ שְׁלוֹחוֹ שְׁלַמְקָו אָמַר לוֹ
וּמְבָנֵי כָּה אֲתָה מְשׁוֹנֵה אָמַר לוֹ אֲנֵי מְשׁוֹחָתָן שְׁלַבְרִיו שְׁהָן אָמְרִים
כְּרַב וְכַר אָנוֹ עֲהֹרִין לְעַשְׂוֹ וְאָנוֹ יְדַע אִיכְתִּי הָוָא נְקָרָא לְמוֹתָה
אוֹתוֹ הָאִישׁ שְׁהִוּוֹת סְעוּר אַצְלוֹ וְאָמַר לְכָס מִן הַיּוֹן הָוָה אֲנֵי מְשׁוֹנֵה
לְשִׁמְתָּה בְּנֵי הַרְוִי הַגִּיעַ פְּרָקֵי לִיטָּוָר אַתְּר לִי יּוֹם אָמַר לִי הַרְאָתָה
לִי אֲתָה פְּרָקֵי אָמַר לוֹ לְאֵה עַלְיָר וְלִיאָה עַל כְּוֹצָא בְּךָ אֲנֵי שְׁוֹלָט
בְּעַמִּים שְׁחַבְרָה חַפֵּץ בְּמַעֲשֵׂי הַטוֹּבִים וּמוֹסֵף בְּכַס חַיִּים:

i. e. R. Simeon filius Chalaphæ, cum viribus suis fuderet, egressus est media nocte, ut ires ad urbem suam, invenerit ibi Angelum mortis in via, & videt eum
alte-

alteratum. Dixit ei: Tu, quis? ille: Nuncius sum Domini. Dixit ei: Et quam obrem tu mutatus es? Ego ait ille, oppressus sum tristitia, quoniam dicunt isti: Sic et sic facturi sumus: Et non novit homo, quando ipse evocabitur ad mortem. Ille ipse, apud quem contiuatus es, et qui vobis dixie ex vino isto consenserat in latitudinem filii mei. Ecce appropinquat terminus ejus, ut auferatur post triginta dies. Dixit ei: ostende mihi terminum meum. Respondit iste: nec in te, nec in cui similes ego dominium nunc habeo, quoniam Deus delectatur bonis operibus, et auget in vobis vitam. Secundum officium est, ultimum desiderium exequi: Ostendit id fabula, quae extat in Schebbile Halakhet. (57) Ubi ita:

בששע רבי יהושע כך אט לו מבקש אני מפרק שחרני מקומי בזנ' עאן אמר לו לך עמי ואראוו לך אמר רבי יהושע חן לי החרב שלך שלא תביחלני בו מיד נחן לך החרב והלכו שניהם עד שכאו אצל חומרה גן ערנו וכשבאו אצל חומרה גן ערנו חוץ לחומרה גן ערנו פלאך המורה אה רבי יהושע ותגיוו והניחו על חומרה גן ערנו אמר לו ראה פקומר בזנ' מיד קבץ לך יהושע בו לוי טן החומרה גנבר בזנ' ערנו ואחן פלאך המורה בככוף מעילו אמר לו צא משם נשבע רבי יהושע בשם שאינו יוצא מכוא ולא היה רשורת*i.e. cum id audiret R. Jephoschua, ita ad mortuam Angelum: Rogo te, inquit, ut ostendas mihi locum meum, mibi post mortem in Paradiso paratum. Cui ille: veni tecum, et ostendam tibi. Sed R. Josua ad eum: da mibi, inquit, gladium tuum, ne me force illo terreas, dedic ergo et hunc illi, atque sic ambo processerunt, donec pervenirent ad muros Paradisi. Cum autem eò pervenissent, et extra murum adhuc confiserent, sumie Angelus mortis R. Josuam, eumque in altum tollit, et muro imponit Paradisi: vide nunc inquietus, locum tuum in hoc horto. Statim subsiluit R. Josua Ben Levi de muro, et in Paradisum cecidit, et apprehendit quidem Angelus mortis omnem pallit eum, dicitque: exi inde; sed jubar R. Josua per DEum, quod non esset inde exiturus, negat eamen Angelo mortuus illuc ingredi licebat. Tertium munus hujus Angeli est hominem necare. Propterea instar monstri quoque describitur. Ita enim in Tr. Abbeda Sam (58) scribunt, Angelum mortis totum plenum esse oculis, et adstare ad caput lecti, cum gladio evaginato pro manibus, a quo tres fellis amari guttae dependent: ubi primum agroris gladium illum conspicit, terretur, et os diducit. Tum tres illae guttae homini in eos accidunt, primam guttam confessim moritur: altera gutta pallidus et luridus*

redditur ; tertia denig, patrescit. Quam primum verò homo animam exbalavit, ad aquam properat Satan & gladium sum abluit : ideo omnem aquam in plateam ejiciunt. Conf. Buxtorff (59) Cotum (60) & Schickardū (61). Deniq; quartum officium est, plagam hanc sepul. braie pingere.

(45) In Bibliotheca Rabbinica Magna, & qvidem in Dissert. Part. I. (46) in Tr. de convinent. Jud. I. 4. c. 1. p. 301 sqq. (47) Revelatore Arcanorum cap. 17. p. 672 sqq. (48) im Jüdischen Thalmud Part. I. c. 7. 8. 9. & 10. (49) vid. Tr. Felammedenus est. תְּשִׁמְךָ נַן נְפָרָה (50) Ita enim fabulantur Iudei Adamum diabolos genuisse ex Lilith. de quo Gerson. I. c. p. 58. ex tr. Erubbin ita : Dieselbige Lilith ist anfanglich mit Adam aus der Erd erschaffen worden/ also daß sie und Adam mit ihren beyden Rücken aneinander gewachsen wahren/ wie geschrieben steht : Gott schuf sie ein Männlin und Fräulin. Als sie aber der Herr von einander geschieden hatte/ haben sie sich nach dem Zeugniß des Thalmuds R. Salomons, und R. Aben Ezra nicht mit einander vertragen können. Und dieweil denn die Lilith zu einer Zauberin worden/ hat sich auch Adam von ihr geschieden. Endlich ist sie gar zu einer Teuffelin worden/ buhlet noch bis auf diesen Tag mit den Teuffeln/ und erfüllt die Welt mit jungen Teuffeln. Darumb schuf Gott der Herr dem Adam ein ander Weib/nemlich die Eva etc. Conf. & de hac Lilith Stephan. Le Moyze in Not. ad var. Sacra p. 458. Patia etiam de Adamo fabulantur in suo Talmude, quasi à lapsu usque ad 130. annum meros diabolos genuerit. Vid. Gerson. I. c. p. 60. (51) Sic enim fabulantur de Caino, eum ex semine serpentis vel diaboli prognatum, dum primirum Eva ex serpente gravida facta fuerit. Hinc ipsum interfectum 130. annos fuisse Angelum mortis. Vid. Guil. Henr. Vorstium in animadvers. ad Pirke Eliezer p. 18. Gerson. I. c. p. 59. fabulam ita refert : Nachdem der Bruder Mörder Cain gestorben war/ wurden aus seinem Geist zwey böse Geister gebohren/ nemlich ein Männlin und ein Fräulin. das Männlin hieß Thubalcain, das Fräulin hieß Naema. Diese beide leben auch noch/ und zeugen viel junge Teuffel. Die Naema kommt öfters zu den Männern / wenn sie schlaffen/ buhlet mit ihnen/ und zeuget junge Teuffel. Wie denn auch Asmodeus der Che-Teuffel ihr Sohn seyn soll. (52) in Notis ad Var Sacra p. 450. (53) I. c. c. 7. p. 48. (54) in variis sacris p. 550. (55) in peculiari discursu de Angelo Mortu. (56) in Comment. ad Deut. XXXI. fol. 300. col. I. edit. Cracov. (57) fol. 55. col. I. sqq. edit. Venet. A. C. 1546. citante Magnif. Dn. D. Jo. Ben. Carpzovio in eruditissimis notis ad Schickardi Mischpath Ham- mel. p. 475. Et in Concion funebr. Tom. I. p. 37. (58) fol. 20. col. 2. (59) in Synag. Jud. c. 49. p. 712. (60) I. c. 6. 2. (61) in Mischpath Hammelech. seu iure regio p. 410. Conf. & de Angelo mortis Henning. in Muhammedan. precant p. 221. sq.

§. XV. Pariratione & Muhammedani subjectum agens hic faciunt Angelum mortis. Hæc tamen est differentia , qvod Iudei unum, Muhammedani verò duos faciant, qvos vocant Monker & Nakir , uti ex testimonio Algazeli §. II. citato patet. Conf. Edoard. Pocoek. (62) Interdum verò & uniuersum tantum mentionem faciunt Alcoranus, (63) alii- que Muhammedanorum libri Eademque officia Angelo huic adscribunt, qvæ & Iudei. Ut ex fabula illa constat, qvam ex Nefeo re- fert Job, Henr. Horstinger. (64) monente, Muhammedanos statuerunt, Ange- lum

lum Morris Salomonem rebus sacris in facello suo vacantem, & Psalmos legentem compellasse, eidem qd mortis horam instare significasse, animam in cœlestes sedes transstulisse, corpore in terra, baculo suo suffulso, relieto.

(62) In Nota ad portam Mosis p. 242. sqq. (63) Vid. Surat. 32. v. 4. Ryer. p. 323. ita : l' Ange de la mort vous fera mourir. Alibi vero etiam in plurali loquitur e. gr. Surat. 16. v. 8. it. v. 16. apud Ryer. p. 210. (64) in Histor. Orient. l. 1. c. 5. p. 99. sqq.

§. XVI. Hunc Angelum putant jam plagæ hujus esse Autorem. Processum totum indicat R. Elias §. 10. citatus. Nimirum (1) venit Angelus Mortis, sedetq; super sepulchrum (2) anima demortui intrat in corpus, idque stare facit super pedes suos. (3) Addit Frid. Albert. Christiani, (65) Examen Angelus instituit, & rationem vitæ à demortuo postulat. Cum vero demortuus partim præ metu ac consternatione, partim ex oblivione rationem dare nequeat, tum (4) Chibbut, sive percussionem hanc fieri, & quidem catenâ quâdâ ferrea & ignea, uti eam Elias descripsit, quâ tres demortuo infliguntur plagiæ. (5) Boni Angeli veniunt, & ex percussione hac dispersa ossa colligunt iterum, ad suum locum. Qvæ eadem quoque est Muhammadanorum sententia, uti ex Algazel. §. 11. citato patet, aliisque testimoniis. Qvibus addi adhuc potest & illud, quod adducit Job. Henr. Hottinger (66) ex Auctore lib. كتاب المصالحة qvem ex Bibliotheca Bongartiana à D. Samuel. Robrio aliquando sibi communicatum scribit, in quo se-
quentia habentur : وَنَّ الْمُوْمِنُونَ يَغْتَنِي فِي قَبْوَهُمْ وَيَسَّاُونَ وَيَشَّتِي اللَّهُ الَّذِينَ أَرْمَنُوا بِالْقَوْلِ التَّابِتِ فِي الْحَيَاةِ الدُّنْيَا وَفِي الْآخِرَةِ وَنَّ عَلَى الْعِبَادِ حُكْمَةٌ يَعْلَمُونَ اعْلَمُهُمْ وَلَا يَسْعُطُ شَيْءًا مِّنْ خَلْقِهِ عَلَى عَلَمِ رَبِّهِمْ وَنَّ مَلَائِكَةُ * الْمَوْتَ يَعْصِي الْأَرْوَاحَ يَانِ رَبِّهِمْ i. e. fidèles inquietabuntur in sepulchris suis & interrogabuntur. Et firmabit DEUS eos, qui credunt sermone stabili in vita hujus & futuri seculi. Habentq; homines Angelos custodes, qui eorum consignent opera, nec quicquam illorum scientiam Domini eorum fugit : Angelus autem Mortis colligit Spiritus ad nutrum Domini sui.

(65) In Analectis Judaic. MSS. cap. de Chibbut. Qvæ nunc Celeberr. Dn. M. Christian. Reineccius publicijuris fecit. (66) in Histor. Orient. l. 2. c. 4. p. 421.

§. XVII. Gravis omnino juxta Iudeos hæc est plaga, imo iudicio R. Mir, citante Elia §. 10. allegato, gravior Gehennæ. Propterea etiam adversus has plagas precantur in prectionibus suis, quas vulgo

Benschen vocant. Sic enim apud Buxtorff (67) in oratione quādam,
 יהי רצון זהצילנו מגוירות רשות וסדרות וטענות ומכל :
 qvæ incipit. פורעינן וטירנן שְׁגָנָם וּמַחֲכֹת שְׁקָר
 i.e. שְׁלֵבֶר nos à decretis malis, & à paupertate & ab abjectione vel contemptu, & ab
 omnibus speciebus pannerum, & à percussione sepulchri. Imo etiam adver-
 sus hanc plagam amuletis se præmunire solent Judæi. De qvo testa-
 ri videtur nummus ille, qvem Nicolaus Toinardus chartæ impressum
Parisii Anno 1685. exhibuit, (68) qviqve variis figuris judaicis orna-
 tus est, & inter alia qvoqve hæc verba repræsentavit : שְׁלֵבֶר
 מִתְּרוֹן i.e. Metatron, Princeps facierum. Sub qvibus & hæc leguntur
 verba : אַחֲרֵי שְׁתֵּין Qvæ Toinardus qvidem pro nugis Rabbinicis ha-
 bet, Cl. Tenzelius verò pro bōno voto agnoscit, & finem simul, ob
 qvem hic nummus mortuo appensus fuerit, ex nomine Metatron,
 qvi est Angelus mortuus, colligit hunc fuisse, ut amuletum esset adversus
 eundem, qvia & in morte plaga homines afficit, ad qvam in specie
 qvoqve Chibbut Hakkebher refert.

(67) In Lexico Talmud. p. 698. (68) More suo eruditè de hoc nummo differit
 Celeber, Dr. Tenzelius in den Monatlichen Unterredungen Anno 1691, Mensc Decembr.
 p. 1035. sgg. Interalia qvoqve de hoc nummo Toinardi hæc refert: Der Nummus ist in ei-
 nem steinernen Begräbniß mit sehr grossen Menschenbeinen an der Land-Straßen bey
 Orleans gefunden worden/ und ist zum wenigsten 300. Jahr alt/weil vor so viel Jahren
 die Jüden zum letztenmahl aus Frankreich vertrieben worden/ deren einer diesen Num-
 mus am Halse gehabt/ wie das Dehr/ und darinnen befönlische Löchlein bezeuget.

§. XVIII. Hæc est fassigatio illa sepulchralis ex mente Iudeorum
 ac Mubammedanorum, hucusqve à nobis descripta. Jam etiam judi-
 cium quale qvalecunqve nostrum subjiciendum est. Sed breviores
 hic esse possumus, cum qvilibet prima statim fronte videat, qvam
 absurdâ hæc omnino sit hypothesis, ita ut vel recitasse eandem,
 jam sit refutasse. Qvippe (1) omni omnino destituitur ratione, nec
 nullo arguento, vel ex Scriptura, vel ex sana ratione petito probari
 potest. (2) Absurda potius sane rationi sobrieg, Philosophia de Spiritibus,
 & anima imprimis tribuit. Qvanqvam enim Pneumatici qvidem con-
 cedant, dari animæ etiam separatæ propensionē aliquam ad corpus, qvod
 ex ratione esse ipsius incompleti probant. Attamen solutâ unione redu-
 nionem naturaliter posse fieri, sana Philosophia nulibi docet. Sic enim se-
 queretur, animam se redunire posse cum corpore qvando vellet,
 & etiam discedere qvando vellet. Adeoqve pro lubitu vel infini-
 ties mori & reviviscere posset homo. Qvod si autem excipiatur : fieri
 id

id ex ordinatione divina, probanda illa erit, qvod nunquam fieri poterit. Ut jam (3) argumenta *Theologica* taceamus, secundum quæ scimus, animas statim post discessum è corpore vel in cœlum vel in infernum transmigrare, ex quibus in hunc mundum non remittuntur *Luc. 16*. Item docemur, hominem semet tantum mori. *Hebr. 9. v. 25.* & semel tantum resurgere; secundum verò hanc hypothesin homo bis moritur, & bis resurgit.

S. XIX. Sed forte quereres: Ex quoniam ergo fundamento hoc assertum *Muhamedicò-Judaicum* ortum? Tum equidem in scriptis Judæorum ac Muhammedanorum fundamentum nullum, ita nec occasionem nec originem hujus dogmatis invenio. Si verò conjecturis aliquid dandum, videtur forte *mysticatio illa*, ut vulgo audit mortuorum germ das Schmieden der Toten im Grabe, (69) occasionem figmento huic dedisse. Sic enim mirum sonum dicitur *mysticatio* hæc edere, quæ procul dubio à nulla alia causa est, quām à Diabolo, rectè judicantibus *B. L. Voigt* (70) & *Dn. M. Philippo Rohr.* (71) Hinc Judæi, gens ad fingendum ac audendum quidlibet nata, sonū hunc audientes, eundem forte *Angelo suo Mortis adscripti* erunt, *fusigationem* hanc ejusdem affingentes, sicq; fabula hæc de *fusigatione sepulchrali* nata. Vel si quæ alia, vel plane nulla fabulæ origo, & que ridicula, ac illæ, quæ de mure rodente cadavera fingunt, (72) & de 99. *Tannin, draconibus*, quorum unicuique capita, qui in fidelem ac improbum in sepulchro pungant, corrodant, ipsique corpus in flent usque ad diem resurrectionis (*) forte ex eadem occasione natæ.

(69) Intelligitur per hanc *mysticationem* satus ille, quo interdum impr. tempore pestis, sonus quidam in sepulchro fuit auditus porcinorum ab simili. Et quando sepulchra aperta fuerant, mortui semetipsos devorasse comprehensi sunt. Quemadmodum ejusmodi exempla quædam recenseret *Dn. Schlüsselburg* in gründlicher Erklärung des XCI. *Ps. conc. 12. part. 3. p. 155.* Item tempore Lutheri contigisse, quod mulieris cadaver semet ipsum devoraverit, memoratur in colloquio mensal. *Luth. tr. 14. fol. 217. 159.* Sic Adamus Rotherus Superint. *Martisburg*: in mediis de peste meminia aliquot cadaverum, quæ *Martisburgi*, & in vicinis locis Anno 1581. gloriabantur. *Harsdorffer in Theatro Tragico exempl. p. 406.* notat de aliquo cadavere Viri, quod mirum dictu, non sua linteal se pulchralia, sed vicinæ mulieris devoraverit: Sic enim scribit: Der Hencker zog ihm aus dem Maul einen langen grossen Schleyer welchen Er seinem Weibe von dem Haubte weg gefressen hatte. Contigisse dicitur in Egwanschitz oppido Moravia. Idem de simili exemplo Ann. 1345. scribit: als man sie aufgegraben hat sie den Schleyer damit ihr das Haubt ist verbunden gewesen halb hinern geessen gehabt welcher ihr blutig aus dem Halse gezogen worden. Ut istiusmodi exempla plura alia taceamus. Unde *mysticatio mortuorum*, sive in lingua vernacula mecklenburg. schmieden/ iemnischen der Todten im Grabe

Grabe/ item schmiegende Todten ap. M. Henr. Rothen in tract. de peste sangerhausen. Conf. haec de materia præter jam citatos Kornmann de mirac. mort. part. 2. c. 64. Paulus Schalichius de damonio infernal. corol. 48. B. L. Gottfried Voigt im physicalischen Zeit-Vertreiber centur. 3. qu. 5. p. 516. sqq. & M. Philippus Nöhr in pecul. diss. de Mortificatione mortuorum, Lipsia anno 1679. hab. (70) l. c. p. 519. (71) l. c. c. 2. tb. 8. sqq. (72) Sic enim Anton. Margarita, si vera sunt, qvæ im Jüden. Glauben p. 61. notat, Iudaos ctedere asserit: So bald der Todten. Körper begraben / biffe ihn ein Maus in die Nase/welches ihm so wehe thäte/dass Er davon laut schreyen müssen/damit sie ein solch kläglich Geschrey nicht hören möchten (denn wer es hörete/ müs in 30. Tagen hernach sterben) so ließen sie alle mit grossem Geschrey und Lermen vom Göttes-Acker da von/ so bald sie die Kleider über dem Grabe nach ihrer Gewohnheit zerrissen. (*) Vid. Algazal. ap. Pocoock. in Not. ad port. Mos. p. 244.

S. XX. Nec tamen & id tolerandum, qvod famosissimus ille Belga Baltas. Bekker. (73) fabulam hanc eum in finem alleget, ut inter alia & ex hac probet, omnem sanam nostram hactenus doctrinam de demonibus, spectris, eorumque operationibus originem debere *fabulis Gentilium, Iudaorum, Muhammedanorum, aliorumque*. Quem in finem toto illo lib. 1. *Fascinatis* sui Mundi plures istiusmodi fabulas recenset, & in quo maximum hypotheseos suæ fundamentum latere gloriaatur, conqueriturq; Adversarios suos posteriores quidem libros refutare; sed priorem hunc intactum relinqvere. In quo tamen tantum ponderis esse autumat. (74) Cum revera non videam, qvid roboris ei insit, & qvare multum laboris impendendum refutatio ni fabularum harum, cum nemo negaverit, Veritatem semper fabulis fuisse obscuratam. Quid? qvod hâc ratione & ipsa de D^O, ejusq; operationibus doctrina elidi posset. Hinc à *fabulis* *Veritas* libera, & sana sobriaque doctrina sedulò tenenda, ac defendenda. Ceterum nos bēc subfissimus, Deoq; decentes agimus grates pro concessa sua gratia, ipsum imploramus ulterius, ut Veritatem semper salvam testamq; servet; fabulas vero & mendacia ad orcum damnet. Sit ipsius Nomen benedictum in seculorum secula, adeoque sine.

F I N E.

(73) In der bezauberten Welt l. t. o. 14. §. 10. p. 75. (74) Vid. Ejusdem Vorrede der bezauberten Welt. Edit. 2.



D: De 3064

ULB Halle

000 882 070

3/1



